VETERVM
POETARVM
COMPARATIONES

In vsum Studiosæ Iuuentutis collectæ.



ANTVERPIÆ
Ex Officina Ioach. Trognæsij.
M. DC. X.
Cum Gratia & Priuilegio.

AMPLISS. CLARISSIMOQ. VIRO

D. PETRO PECKIO

CONSILIARIO

MECHLINIENSI

ET

SS. ARCHIDVCVM

BELGII PP.

IN FRANCIA LEGATO.

EA est, VIR AMPLISSIME, in animorum cultura sæculi nostri felicitas, quòd non iisdem semper riuulis, quibus cum pietate virtus imbibitur,

tur, diſcentium imbuantur animi: ſed ad diuerſa ſubinde roſeta ducantur, è quorum odore tum iuniores alacritatem, tum doctiores gratam hauriant iucunditatem.

Quam ſibi laudem non iniuriâ noſtrę vendicabunt COMPARATIONES VETERVM POETARVM, eo certè collectæ labore & ſtudio, quo ſuum apes Hyblææ collem depaſci ſolent; decerptis ſcilicet non niſi dulciſsimis floſculis. Quod tanquam ex hortis Alcinoi confectum ſertum cùm præmij publici eſſe voluerim, cuinam potiſsimùm merebitur imponi capiti, niſi Tuo, VIR AMPLISSIME? qui

qui in iſta Phœbi palæſtra inter celebriores huius noſtri BelgI, quid ſi & æui? pugiles, & primas iure tenes, & concertantium numero nominíque non tam faues, quàm raro tuo exemplo vires addis & animum. Habes etenim Poëſim in delitiis, eámque ſic comis, ſic ornas, ſic foues, vt cum quouis, ſi ſit opus, in arenam deſcendere, & de palma felici digladiatione certare poſſis. Nam quicquid temporis à publicis negotiis vacui habes, huc confers:

—— animusq; viciſſim
Aut curam impendit populis aut otia Muſis;

quibus non ſine immortali nominis tui laude patrocinium

tuum deuouere voluisti: quod eo tutius est, quo maiori tum ingenij, tum dignitatis gloriâ Fama te tua nobilitauit. Ecquis enim est, quem prudentia tua, & rerum præclarissimè gestarum dexteritas fugiat; cùm opem tuam magno Reipublicæ Bono, non semel tum hæc Patria, tum exteriores etiam experti populi deprædicēt? Quam industriam in agendo fidemque tuam, quam animi ab omni labe & corruptela immunis integritatem, cùm omnibus communiter ita strenuè probaueris: meritò Honor & Fama, quibus antè litasti, te sibi proprium fecerunt & Principibus, qui in

Lega-

Legatum ad Regem Christianissimum te delegerunt, inuitati præclaro illo lumine tuæ Virtutis & Prudentiæ: quæ vtraque in te clara sunt, &

—— *quæ nec ventura silebunt*
Lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas.

Quo singularis tuæ Virtutis splendore, VIR AMPLISSIME, vt hoc nostrum opusculum, quod vtilitatis publicæ causa susceptum est, quódque ipsum te præ cæteris in eius studio eminentem præ cæteris quoque sibi Patronum eligit, illustres, etiam atque etiam à te peto & quæso. Quod vbi perspexero, fomentum concipiet animus ad audendum maiora.

iora.

iora. Nam ſola Gloria

——— *quemuis perferre laborem*

Suadet, & inducit noctes vigilare ſerenas.

Vale. Antuerpiæ, 13 Cal. April. Anno ∞ I Ↄ C X.

Amplitudinis tuæ
ex aſſe cliens,

Alex. Carol. Trognæſius
I. F.

VETERVM
POETARVM
COMPARATIONES.

A.

ABVNDANTIA.

Abundantiæ panis & vini, cum ea quæ fuit primis frumenti & vini temporibus.

IPSA sinus accincta Ceres, Bacchusq́ laborant Statius lib. 4. Silu. in Æpulo Domit.
Sufficere. Ætherei felix sic orbita fluxit *(nudos*
Triptolemi: sic vitifero sub palmite,
Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus.

ACCVSARE.

Animarum Rufinum accusantium cum apibus raptorem inuadentibus. * Claud. lib. 2. in Rufinū versu 458.

* *Tune animæ, quas ille fero sub iure peremit,*

A Cir-

Circumſtant, nigriq́ trahunt ad iudicis vrnam
Infeſto fremitu. Veluti paſtoris in ora
Commotæ glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella trahit, pennasq́ cient, & ſpicula tendunt,
Et tenuis ſaxi per propugnacula cinctæ
Rimoſam patriam dilectaq́ pumicis antra
Defendunt, pronoq́ fauos examine velant.

ACER SIVE MORDAX.

Acris & mordacis in ſcribendo cum Archilocho & Hipponacte.

Horat. Epod. l. Ode 6. *Caue, caue: namque in malos aſperrimus*
Parata tollo cornua:
Qualis Lycambe ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.

ADVENTVS.

Aduentus Dearum cum cometa.

Claud. lib. 1. de raptu Proſer. verſu 231. *Pallas, & inflexo terret quæ Mænala cornu*
Addunt ſe comites; diuino ſemita greſſu
Claruit: augurium qualis laturus in orbem
Præceps ſanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens: non illum nauita tutò,
Non impunè vident populi; ſed crine minaci
Nuntiat aut ratibus ventos, aut vrbibus hoſtes.

* Claudian. 2. deraptu, verſu 137.

Aduenientis occultè cum militibus cuniculos agentibus.

* *Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem*
Mi-

Miles, & effossi subter fundamina campi
Transilit inclusos arcano limite muros,
Turbaq; deceptas victrix erumpit in arces
Terrigenas imitata viros: sic tertius heres
Saturni tenebrosa vagis rimatur habenis
Deuia, fraternum cupiens exire sub orbem.

ÆDIFICARE.

Ædificantis magna palatia cum Poside.

Ædificator erat Centronius, & modò curuo Iuuenal. l. 5. Sat. 14. vers. 23.
Litore Caietæ, summa nunc Tyburis arce,
Nunc Prænestinis in montibus alta parabat
Culmina villarum, Græcis longeq; petitis
Marmoribus vincens Fortunæ atq; Herculis ædem:
Vt spado vincebat Capitolia nostra Posides.

ÆGROTVS.

Ægroti cum leone ægro.

At ille, vt ingens nemore sub Nasamonio Seneca in Herc. Oeteo, versu 1643.
Æger recliui pectore admugit leo,
Fertur. ———

Ægri senis cum Charonte.

——— *procul ora, genaq;*
Intus, & effossa squalent vestigia lucis: Statius lib. 11. Theb. versu 586.
Virgo autem imposita sustentat pondera laua,
Dextra sedet baculo. Qualis si puppe relicta
Exosus mares pigri sulcator Auerni
Exeat ad superos, solemq; & pallida turbet

Astra, nec ipse diu fortis, patiensq́ue superni
Aëris, interea longum cessante magistro
Crescat opus, totisq́ue exspectent sæcula ripis.
Talis init campum.

ÆQVALITAS.

Æqualiter excellentis bello & pace cum libra.

Tibullus lib. 4. ad Messalam.

Nam quis te maiora gerit castrísve, foróve?
Nec tamē hinc, aut hinc, tibi laus maiórve, minórve,
Iusta pari premitur veluti cum pondere libra
Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa:
Qualis, inæquatum si quando onus vrget vtrimq́ue,
Instabilis natat alterno depressior orbe;
Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi,
Non alius sedare queat; seu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.

AFFLICTVS.

Afflictorum cum testudine vstulata.

Maph. in Supplemento Æneid. versu 292.

Et velut ignitum testudo euersa calorem
Cùm sensit, luctata diu, pedibusq́ue renitens,
Caudam agitansq́ue caput, magna vi cedere tentat;
Æstuat, & multo insidias conamine miscet;
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese, & turbata mente ferebant.

Afflicti calamitatibus, cum vomere & lapide pluuiâ cauato.

* Ouid. lib. 2. de pōto Eleg. 7.

* *Iam dolor in morem venit meus; vtq́ue caducis*
Percussu crebro saxa cauantur aquis:

Sic

Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu,
Vixq; habet in nobis iam noua plaga locum:
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu,
Nec magis est curuis Appia trita rotis;
Pectora quam mea sunt serie calcata malorum,
Et nihil inueni quod mihi ferret opem.

Afflicti cum mari.

Cumq; sit hibernis agitatum fluctibus æquor: Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 10.
Pectora sunt ipso turbidiora mari.

AGER.

Agri fertilis cum alijs.

Vos nunc, omnia parua qui putatis, Martial. libro 4. Epig. 51.
Centeno gelidum ligone Tybur
Vel Præneste domate, pendulamq;
Vni dedite Setiam colono,
Dum, me iudice, præferantur istis
Tulli iugera pauca Martialis.

ALAS CONTEXERE.

Alas conficientis cum conficiente fistulam pastoralem.

——— *nam ponit in ordine pennas* Ouid. lib. 8. Metam. fab. 3.
A minima cœptas, longam breuiore sequente
Vt cliuo creuisse putes; sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.

ALLICERE.

Allicientis hostem ad pugnam cum piscatore.

Silius Ital. lib. 7.

—— dabat interdum simulantia terga:
Non aliter, quàm qui sparsa per stagna profundi
Euocat è liquidis piscem penetralibus esca;
Cùmq; leuem summa vidit iam nare sub vnda,
Ducit captiuum sinuato ad litora lino.

AMARE.

Amantis nocentiam cum socijs Vlyssis loton amantibus.

Ouid. lib. 4. Tristiū, Eleg. 1.

Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sacrorum,
Et carmen demens carmine læsus amo.
Sic noua Dulichio lotos gustata palato,
Illo quo nocuit grata sapore fuit.
Sentit amans sua damna ferè, tamen hæret in illis,
Materiam culpæ persequiturq; suæ.
Nos quoque delectant, quamuis nocuere, libelli:
Quodq; mihi telum vulnera fecit, amo.

Amoris permanentis re amata absente, cum mari turbido cessante tempestate.

Ouid. lib. 2. Fastor. versu 775.

Vt solet à magno fluctus languescere flatu;
Sed tamen à vento, qui fuit, vnda tumet:
Sic, quamuis aberat placitæ præsentia formæ,
Quem dederat præsens forma, manebat amor.

Amantis animal aliquod cum alijs varia animalia amantibus.

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus: Martial. libro 7. Epig. 71.
Si fruitur tristi Canius Æthiope:
Publius exiguæ si flagrat amore catellæ:
Si Cronius similem cercopithecon amat:
Delectat Marium si perniciosus ichneumon:
Pica salutatrix si tibi, Lause, placet:
Si gelidum collo nectit Glacilla draconem:
Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit:
Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ,
Qui videt hæc dominis monstra placere suis?

Amantis cum plumbo iactu fundæ calefacto.

Non secus exarsit, quàm cùm Balearica plumbum Ouid. lib. 2.
Funda iacit: volat illud, & incandescit eundo, Metam.
Et quos non habuit sub nubibus inuenit ignes. fab. 12.

Amantis cum sulphure accenso.

Quoq; magis sequitur, flamma propiore calescit: Ouid. lib. 3.
Non aliter, quam cùm summis circumlita tedis Metam.
Admotas rapiunt viuacia sulphura flammas.

Amore furentis cum varijs fluminibus, &c.

Nulla vis flammæ tumidiq; venti Seneca
Tanta, nec teli metuenda torti; in Medea, ver-
Quanta, cùm coniux viduata tedis su 379.
Ardet, & odit.

Non vbi hibernos nebulosus imbres
Auster aduexit, properatq́ torrens
Ister, & iunctos vetat esse pontes,
Ac vagus errat:
Non vbi impellit Rhodanus profundum;
Aut vbi in riuos niuibus solutis
Sole iam forti, medioq́ vere
Tabuit Hæmus.
Cæcus est ignis stimulatus ira,
Nec regi curat patitúrve frenos,
Haud timet mortem, cupit ire in ipsos
Obuius enses.

Amantis cum cera & pruina liquefactis.

Ouid. lib. 3. Metam. ——— *Vt intabescere flauæ*
Igne leui ceræ, matutinæq́ pruinæ
Sole tepente solent; sic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.

Amantis cum segetibus & herbis accensis.

Ouid. lib. 6. Metam. *Non secus exarsit conspecta virgine Tereus,*
Quam si quis canis ignem supponat aristis;
Aut frondem, positasq́ cremet fœnilibus herbas.

Amantis cum limo & cera.

Virg. Eclog. 8. vers. 80. *Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit*
Vno eodemq́ igni: sic nostro Daphnis amore.

Amantis cum bucula iuuencum quærente.

Virg. Eclog. 8. vers. 85. *Talis amor Daphnim, qualis, cùm fessa iuuencum*
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos,

Præ-

Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.

Amoris crescentis cum alno crescente.

——— Vos hæc facietis maximo Gallo: Virg.
Gallo, cuius amor tantùm mihi crescit in horas, Ecl. 10.
Quantùm vere nouo viridis se subijcit alnus. v. 72.

Amoris corpus percurrentis cum fulmine.

——— Ille repentè Virg.
Accepit solitam flammam, motusq; medullas Æneid.
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit: lib 8.
Non secus, atque olim tonitru cùm rupta corusco versu
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. 388.

Amantis matris filiam, cum vacca vitulam amante.

Hanc fouet, hanc sequitur: vitulā non blandiùs am-(bit, Claud.
Torua parens, pedibus quæ nondum proterit arua, lib. 1. de
Nec noua lunata curuauit germina frontis. Rap. versu 128.

Amantis cum Hippomene & Leandro amantibus.

Vidi ego, & immiti cupidum decurrere campo Stat. l. 1.
Hippomenem, nec sic meta pallebat in ipsa. in Stellæ
Vidi & Abydeni iuuenis certantia remis Epithalamio.
Brachia, laudauiq; manus, & sæpe natanti
Prælusi, minor ille calor, quo sæua tepebant
Æquora. tu veteres iuuenis transgressus amores.

Amoris fraterni cum Castore & Polluce.

Quod semper superos inuito fratre rogasti, Mart.
Hoc, Lucane, tibi contigit ante mori. lib. 9. Epigr. 38.

Inuidet ille tibi. Stygias nam Tullus ad vndas
Optabat, quamuis sit minor, ire prior.
Tu colis Elysios, nemorisq; habitator amœni
Esse tuo primùm nunc sine fratre cupis,
Et si iam nitidis alternus venit ab astris,
Pro Polluce mone Castora ne redeat.

Amantis maritum cum vlmo vitem amante.

Stat. l. 5. Sil. 1. ver. 48.

——— *sed te ceu virginitate iugatum*
Visceribus totis animoq; amplexa fouebat.
Qualiter æquæuo sociatam palmite vitem
Vlmus amat, miscetq; nemus, ditemq; precatur
Autumnum, & charis gaudet redimita racemis.

Amantis cum tauro amante iuuencam.

Stat. l. 1. Achill.

——— *eat, atque vltro ferus hospita sacra*
Discutiat, turbæ securus, & immemor æui,
Ni pudor, & iuncta teneat reuerentia matris.
Vt pater armenti quondam rectorq; futurus,
Cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
Cùm sociam pastus niueo candore iuuencam
Adspicit; ardescunt animi, primusq; per ora
Spumat amor, spectant hilares optantq; magistri.

Amantis & dolentis amissum cum leæna quæ catulos amisit.

Valerius Flac. l. 3.

Amphitryoniades nec quæ noua lustra requirat,
Nec quò tentet iter, comitis nec fata perempti
Quæ referat, videt, aut socios quæ mente reuisat:
Vrit amor, solisq; negat decedere siluis.
Non aliter gemitu quondam lea prolis ademptæ

Terga dedit, sedet inde vijs, inclusaq́ longo
Peruigilant castella metu: dolor attrahit orbes:
Interea & misero manat iuba sordida luctu.

Amoris perpetui cum contraria similitudine militis, nauis, &c.

Miles depositis annosius se cubat armis: Propert. lib. 2.
Grandæuiq́ negant ducere aratra boues:
Putris & in vacua requiescit nauis arena:
Et vetus in templo bellica parma vacat.
At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Siue ego Tithonus, siue ego Nestor ero.

Amantis cum stipulis & sepibus ardentibus.

Vtq́ leues stipulæ demptis adolentur aristis, Ouid. lib. 1. Metam.
Vt facibus sepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abijt, sic pectore toto
Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem.

Amantis cum tedis & ture ardentibus.

Vror, vt inducto cerata sulphure tedæ, Ouid. Heroid. epist. 7.
Vt pia fumosis addita tura rogis.

Amores post prœlia amplectentis cum Marte & Hercule.

Ipsa autem inuita iam Pallados erigit aras; Valerius Flac. l. 8.
Incipit Idaliæ numen nec spernere Diuæ:
Præcipueq́ sui si quando in tempore pulcher
Coniugij Minyas numquam magis eminet inter.
Qualis sanguineo victor Gradiuus ab Hebro

Ida-

Idalium furto subit, aut dilecta Cythera.
Cen cùm cælestes Alcidæ inuisere mensas
Iam vacat, & fessum Iunonia sustinet Hebe.

Amantis cum hedera.

Cattull. In nuptias Iuliæ, & Mallij.

Mentem amore reuinciens,
Vt tenax hedera hac, & hac
Arborem implicat errans.

Amor primus grauis est ferenti, vt iuuencis & equo iugum & frena.

Ouid. Epist. Heroidum 4.

Scilicet, vt teneros lædunt iuga prima iuuencos,
Frenaq; vix patitur de grege captus equus:
Sic malè, vixq; subit primos rude pectus amores,
Sarcinaq; hæc animo non sedet apta meo.

Amoris pudici cum alijs.

Stat. lib. 5. Sil. 1.

——— *vnum nouisse cubile,*
Vnum secretis agitare sub ossibus ignem.
Illum, nec Phrygius vitiasset raptor amorem;
Duluchiive proci, nec qui fraternus adulter
Casta Mycenæo connubia polluit auro.

Amantis vxorem cum Antimacho & Phileta poëtis.

Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 5.

Nec tantùm Clario Lyde dilecta Poëtæ:
Nec tantùm Coo Battis amata suo est:
Pectoribus quantùm tu nostris vxor inhæres,
Digna minùs misero, non meliore viro.

Amore ardentis cum palude Sole exsiccata.

* Catull. ad Ortalum.

* *Cùm tantùm arderem, quãtùm Trinacria rupes,*
Lym-

Lymphaq́; in Oeteis Mallia Thermopylis.

Amicorum omnia communia ſicut & animus.

Pectoris vt noſtri ſedem colis alme Syagri,
Communemq́; habitas alter ego Auſonium: Auſon. Epiſt. ad Syagriũ.
Sic etiam noſtro præfatus habebere libro:
Differat vt nihilo, ſit tuus, anne meus.

Amicorum falſorum cum ijs qui in ſcena perſonam aut mimum agunt.

Nomen amicitiæ ſi quatenus expedit, hæret, Petron. Arbiter.
Calculus in tabula nobile ducit opus.
Quum fortuna manet vultum ſeruatis amici:
Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.
Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen diuitis ille tenet.
Mox vbi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Amicitiæ probatæ cum auro.

Scilicet fuluum ſpectatur in ignibus aurum, Ouid ve lib. 1. Triſt. Eleg. 4.
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Amici ſummi cum Theſeo, & Oreſte.

——— *Siquidẽ hanc perhibẽt poſt vulnera iũctis* Stat. l 1. Theb.
Eſſe fidem, quanta partitum extrema proteruo
Theſea Pyrithoo, vel inanem mentis Oreſtem
Oppoſito rapidam Pylade vitaſſe Megæram.

Amici cum Hercule, Theſeo, & Achille. * Statius lib. 4. Sil. 4. ad Marcell.

* *Iamq́; vale, & penitus noti tibi vatis amorem*
Cor-

Corde exire veta. nec enim Tirynthius almæ
Pectus amicitiæ, cedit tibi gloria fidi
Theseos, & lacerum qui circa mœnia Troiæ
Priamiden cæso solatia traxit amico.

Amici in aduersis fidi cum Pylade.

Mart. lib. 7. Epigr. 39.

Facundi Senecæ potens amicus,
Caro proximus, aut prior Sereno,
Hic est Maximus ille, quem frequenti
Felix littera pagina salutat:
Hunc tu per Siculas sequutus vndas,
O nullis, Ouidi, tacende linguis,
Spreuisti domini furentis iras.
Miretur Pyladem suum vetustas,
Hæsit qui comes exsulis parentis.
Quis discrimina comparet duorum?

Amicitiæ fraternæ cum Atridarum & Tyndaridûm amicitia.

Ouid. l. 1. de Ponto.

Adde quòd est frater tanto mihi iunctus amore,
Quantus in Atridis Tyndaridisq́ue fuit.

Amicorum inconstantiæ cum vmbra.

Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 8.

Vtq́ue comes radios per solis euntibus vmbra est;
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus;
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.

Amicus amici vitium dissimulare debet vt pater filij.

*Horat. lib. 1. Serm. Satyra 3.

* *At, pater vt gnati, sic nos debemus amici,*

Si quod sit vitium, non fastidire. strabonem
Appellat pætum pater; & pullum, male paruus
Si cui filius est: vt abortiuus fuit olim
Sisyphus. ———

Amicorum falsorum cum columbis & formicis.

Donec eris felix, multos numerabis amicos: Ouid.
Tempora si fuerint nubila, solus eris. lib. 1.
Adspicis vt veniant ad candida tecta columbæ? Trist.
Accipiat nullas sordida turris aues? Eleg. 8.
Horrea formicæ tendunt ad inania numquam:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

AMBITIOSVS.

Ambitiosi cum quærente vanam gloriam.

Vt si qui ægrotet quo morbo Barrus, haberi Horat.
Et cupiat formosus; eat quacumque, puellis lib. 1.
Iniiciat curam quærendi singula, quali Serm.
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit, ciues, vrbem sibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra Deorum;
Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
Omnes mortales curare & quærere cogit.

AMNIS.

Amnis turbulenti cum maris tempestate.

Hinc atque hinc tumidi fluctus, animosaq́; surgit Stat.
Tempestas instar pelagi, cùm Pleiadas haurit, Theb.
lib. 9. v.

Aus 459.

Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
Non secus æquoreo iactat Theumesius amnis
Hippomedonta salo, semperq́ rubore sinistro
Tollitur, & clypeum nigrante supervenit æstu.

AMOENITAS.

Amœni loci cum alijs eiusdem generibus.

Stat. l. 1. Sil. 3. *Hæc domus Ægeriæ nemoralē abiungere Phœben,*
Et Dryadum viduare choris algentia possit
Taygeta, & siluis arcessere Pana Lycæis:
Quod ni templa darent, alias Tirynthia sortes
Et Prænestinæ poterant migrare sorores.
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosq́
Qui nunquam vacui prodistis in æthera rami?
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
Iugera, Lucrinæq́ domus, littusq́ cruenti
Antiphatæ: cedant vitreæ iuga perfida Circes
Dulichijs vlulata lupis, arcesq́ superbæ
Anxuris, & sedes Phrygio quas mitis alumno
Debet anus: cedant, quæ te iam solibus arctis
Auia nimbosa reuocabunt littora bruma.
Scilicet hic illi meditantur pondera mores:
Hic premitur fœcunda quies, virtusq́ serena
Fronte grauis, sanusq́ decor, luxuq́ carentes
Deliciæ. ——

Amœnæ viæ cum Ephyres monte.

Stat. Silu. 2. lib. 2. *Qua prius obscuro permixti puluere soles,*
Et feritas inamœna via, nunc ire voluptas:
Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

AMPHITHEATRVM.

Amphitheatri cum varijs antiquis molibus.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis, Martial. in præludijs.
Assiduus iactet nec Babylona labor;
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Dissimuletq; Deum cornibus ara frequens;
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant:
Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

ANHELARE.

Anhelitum trahentis cum fluctu.

——— vt vnda profundo Virgil. in Ætna, v. 319.
Terq; quaterq; exhausta graues vbi perbibit Euros,
Ingeminat fluctus, & primos vltimus vrget:
Haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
Spiritus, inuoluensq; suo sibi pondere vires,
Densa per ardentes exercet corpora neruos.

Anhelātis cum mari post tempestatem adhuc fluctuante.

——— nec fessa quiescunt Lucan. lib. 5.
Corda; sed vt tumidus Boreæ post flamina pontus
Rauca gemit, sic multa leuant suspiria vatem.

ANIMA.

Anima extra corpus esse non potest, sicut nec pisces extra aquam.

Denique in æthere non arbor, non æquore in alto Lucret. lib. 3.

Nubes esse queunt, nec pisces viuere in aruis,
Nec cruor in lignis, nec saxis succus inesse
Certũ ac depositũ est, vbi quidquid crescat, & insit:
Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola, neque à neruis & sanguine longius esse.

Anima saluo corpore auferri nequit, vt nec odor turis manente turis natura.

Lucret. lib. 3.
Quod genus è turis glebis euellere odorem
Haud facile est, quin intereat natura quoque eius:
Sic animi atque animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facile est, quin omnia dissoluantur.

ANIMARE ET ANIMVS.

Animi præcipitis in scelus cum naui æstu abrepta.

Sen. in Hippolyto, v. 179.
—— sed furor cogit sequi
Peiora, vadit animus in praeceps sciens,
Remeatq; frustra sana consilia expetens:
Sic cùm granatam nauita aduersa ratem
Propellit vnda, cedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado.

Animantis ad iram cum eo qui equum excitat.

Lucan. lib. 1.
—— sic postquam fatus, & ipsi
In bellum prono tantum tamen addidit iræ,
Accenditq; ducem, quantùm clamore iuuatur
Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso
Immineat foribus, pronusq; repagula laxet.

Ani-

Animum resumentium cum serenitate nemoribus allata.

Iuppiter vrgentem ceu summa Ceraunia nubem Valerius
Cum pepulit mouitq́ iugis, fulsere repentè Flac.l.3.
Et nemora, & scopuli, nitidusq́ reducitur æther:
Sic animi rediere viris, iamq́ ipse magister
Nutat ab arce ratis, remisq́ obsistere tendit.

Animarum defunctarum multitudinis cum auibus.

At cantu commotæ Erebi de sedibus imis Virg.
Vmbræ ibant tenues, simulacraq́ luce carentum: Georg.
Quàm multa in siluis auium se millia condunt, lib. 4.
Vesper vbi aut hibernus agit de montibus imber. v.471.
Matres atque viri, defunctaq́ corpora vita
Magnanimûm Heroum, pueri innuptæq́ puellæ.

Animarum multitudinis cum frondibus, imbribus, guttis, & arenis.

Conueniunt animæ, quantas truculentior Auster Claud.
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres lib.2. de
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas. Rapt.

Animarum in alia corpora migrantium cum cera figuris variata.

Vtq́ nouis facilis signatur cera figuris, Ouid.
Nec manet vt fuerat, nec formas seruat easdem, lib. 15.
Sed tamen ipsa eadem est; animam sic semper eãdem Metam.
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Animum deſpondentium cum Argonautis.

Stat. l 8. Theb. v. 210. *Ceu flammas ac dona rogo triſtesq; rependant*
Exſequias, mollique animam tellure reponant.
Fracta dehinc cunctis auerſaq; pectora bello.
Sic fortes Minyas ſubito cùm funere Tiphys
Deſtituit, non arma ſequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipſiq; minùs iam ducere venti.

Animi cultura cum agri cultura.

Boet. lib. 3. Met. 1. *Qui ſerere ingenuum volet agrum,*
Liberat arua priùs fruticibus,
Falce rubos filicémque reſecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior eſt apium magè labor,
Si malus ora priùs ſapor edat.
Gratiùs aſtra nitent, vbi Notus
Deſinit imbriferos dare ſonos.
Lucifer vt tenebras pepulerit,
Pulchra dies roſeos agit equos.
Tu quoque falſa tuens bona priùs,
Incipe colla iugo retrahere:
Vera dehinc animum ſubierint.

Animoſi cum leone.

Stat. l. 8. v. 592. *Sic ait, & belli maiora ad præmia mente*
Ducitur: innumeris veluti leo fortè potitus
Cædibus, imbelles vitulos molléſque iuuencas
Tranſmittit, magno furor eſt in ſanguine mergi,
Nec niſi regnantis ceruice recumbere tauri.

ANTECELLERE.

Antecellentis ceteros præſtantia, cum Luna præſtante ceteris ſtellis.

Per faſces numerantur aui, ſemperq́; renata
Nobilitate virent, & prolem fata ſequuntur,
Continuum ſimili ſeruantia lege tenorem:
Nec quiſquam procerum tentat, licet ære vetuſto
Floreat & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare parem; ſed, prima ſede relicta,
Auchenijs de iure licet certare ſecundo.
Haud ſecus ac tacitam Luna regnante per Arcton
Siderea cedunt acies, cùm fratre retuſo
Æmulus aduerſis flagrauerit ignibus orbis.
Tunc iubar Arcturi languet; tunc fulua leonis
Ira perit. plauſtro iam rara intermicat Arctos
Indignata tegi, iam caligantibus armis
Debilis Orion dextram miratur inermem.

Claud. in Panegyr. de Conſ. Probin. & Olybrij, v. 15.

Antecellentis ceteris cum duce Parthorum reſpectu militum.

Innumeræ comitantur aues, ſtipatq́; volantem
Alituum ſuſpenſa cohors: exercitus ingens
Obnubuit vario latè conuexa meatu.
Nec quiſquam tantis è millibus obuius audet
Ire duci, ſed regis iter flagrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipſe Tonantis
Bella mouent. commune facit reuerentia fœdus.
Talis barbaricas fluuio de Tigride turmas
Ductor Parthus agit: gemmis & diuite cultu

Claud. in Phœnice.

Luxurians, sertis apicem regalibus ornat;
Auro frenat equum, persusam murice vestem
Assyria signatur acu, tumidasq́ regendo
Celsa per Tyrias acies ditione superbit.

Antecellentis alios pulchritudine cum Luna & Hespero.

Stat. l. 2. ——— *illius vnus*
Silu. 6. *Antè decor, quantùm præcedit clara minores*
v. 35. *Luna faces, quantùmq́ alios premit Hesperus ignes.*

Antecellentis alios pulchritudine cum Hespero.

Stat. l. 6. *Sic vbi tranquillo pellucent sidera ponto,*
Theb. *Vibraturq́ fretis cæli stellantis imago,*
versu *Omnia clara nitent, sed clarior omnia supra*
578. *Hesperus exercet radios, quantusq́ per altum*
Æthera, cæruleis tantus monstratur in vndis.

Antecedentis ceteras pulchritudine cum Luna & Sole.

Seneca *Hæc cùm virgineo constitit in choro,*
in Med. *Vnius facies præminet omnibus.*
verſ. 77. *Sic cum Sole perit sideribus decor;*
Et densi latitant Pleïadum greges,
Cùm Phœbe solitum lumine non sua
Orbem circuitis cornibus alligat:
Ostro sic niueus Phœniceo color
Perfusus rubuit: sic nitidum iubar
Pastor luce noua roscidus adspicit.

Ante-

Antecellētis ceteros pulchritudine cū Sirio.

Sic ait: at Iuno pulchrum longissima quando Valerius Flac. l. 5.
Robur cura ducis, magniq; dedere labores,
Mole noua, & rosea perfudit luce iuuenta,
Iam Thalaum, iamq; Ampyciden, astroq; comantes
Tyndaridas ipse egregio supereminet ore.
Non secus autumno quàm cùm magis asperat ignes
Sirius, & sæuo cùm nox accenditur auro,
Luciferas crinita faces, hebet Arcas, & ingens
Iuppiter: ast illum tanto non gliscere cælo
Vellet ager, vellent calidis iam fontibus amnes.

Antecellentis ceteros milites cum Luna, Sole, &c.

——— agmina ductor Sil. l. 16.
Magna adeò Ausonius maiori mole premebat:
Vt Phœbe stellas, vt fratris lumina Phœben
Exsuperant, montesq; Atlas, vt flumina Nilus,
Vt pater Oceanus Neptunia cærula vincit.

Antecellentis omnes pulchritudine cum Lucifero & Luna sidera superantibus.

Quanto splendidior quàm cetera sidera fulget Ouid. lib. 2. Metam.
Lucifer, & quanto quam Lucifer aurea Phœbe;
Tanto virginibus præstantior omnibus Herse
Ibat, eratq; decus pompæ comitumq; suarum.

APES.

Apum volantium cum cymbis.

——— & sæpe lapillos, Virg. lib. 4. Georg. v. 193.
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt: his sese per inania nubila librant.

Apium multitudinis cum grandine & glandibus.

Virg. lib. 4. Georg. v. 79.

——— magnum mistæ glomerantur in orbem,
Præcipitesq; cadunt. non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Apum mel conficientium cum Cyclopibus.

Virg. lib. 4. Georg. v. 170.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cùm properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt redduntq;, alij stridentia tingunt
Æra lacu, gemit impositis incudibus Ætna;
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantq; tenaci forcipe ferrum:
Non aliter, si parua licet componere magnis,
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,
Munere quamque suo. grandæuis opida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.

Apum Regem colentium, cum Ægyptijs, Lydijs, Parthis, & Medis.

Virg. lib. 4. Georg. v. 210.

Præterea Regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, non populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant. Rege incolumi, mens omnibus vna est;
Amisso, rupere fidem, constructaq; mella
Diripuere ipsæ, & crates soluêre fauorum.

APER.

Apri egregij cum apro Melagri.

Iuuenal. lib. 1 Sat. 5.

Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
Altilis, & flaui dignus ferro Meleagri
Fumat aper, ———

Apri cum apro Calydonio.

Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris. Mart. l. 1. Epig. 84.

AQVA.

Aquæ limpidæ cum ſpeculo.

Redditur effigies liquida ſpectantis in vnda, Hilaſius.
Qualis in aduerſo ſpeculorum cernitur orbe.

Aquæ limpidæ cum ſpeculo.

Formas pura refert oculis ſpectantibus vnda Pompeianus.
Obiecto quales ſpeculi fulgore videntur.

Eiuſdem.

Fontis aquæ reddunt ſimulacra imitantia verum, Maximianus.
Qualia leue refert ſpeculi, cùm cernimus æquor.

Eiuſdem.

Exprimit oppoſitas immobilis vnda figuras, Vitalis.
Leuati quales ſpeculi nitor ipſe remittit.

Eiuſdem.

Apparet mendax illimi fonte figura, Baſilius.
Qualem reiectat ſpeculi nitidiſſimus orbis.

Eiuſdem.

Vnda quieta refert alio de gurgite formas:
Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcat. Aſclepiadius.

Eiuſdem.

Forma repercuſſus liquidarum fingit aquarum, Euphorbus.
Quales purifico ſpeculorum ex orbe reducit.

Eiuſdem.

Vomia-nus. *Spectantis faciem mundiſſimus aſſimilat fons,*
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni.

Eiuſdem.

Iulia-nus. *Fontibus in liquidis ſimplex generatur imago,*
Vt ſolet à ſpeculo facies ſplendente referri.

Eiuſdem.

Palla-dius. *Effigies liquido reſpondet ab æquore fontis,*
Qualis & à ſpeculo ſimulatrix vmbra reſultat.

Eiuſdem.

Euſthe-nius. *Effingit ſpecies puriſſimus humor aquarum,*
Plana velut ſpeculi viuas imitantia formas.

Eiuſdem.

Aſme-nus. *Fonte repulſatur depicta tuentis imago,*
Ceu leui in ſpeculo ſolet apparere figura.

Aquæ tranquillæ cum ſinu Euboico.

Rutilius Claudius lib. 1. Itinerarij. *Interior medias ſinus inuitatus in ædes,*
Inſtabilem fixis aëra neſcit aquis;
Qualis in Euboicis captiua natatibus vnda
Suſtinet alterno brachia lenta ſono.

Aquæ tortuosè fluentis cum ſerpente & dracone.

Auienus in Orbis deſcriptione. *——— ac flexu lubricus errat*
Gurges, & exeſas illabitur vnda lacunas.
Sic viroſarum prolixa volumina ſeſe

Sponte

Sponte cerastarum facili sub viscere curuant;
Sic spiras crebrò sinuat draco, seq; vel orbe
Colligit inclinans, vel pronis agmina longè
Tractibus absoluit: stridet nemus vndiq; totum,
Letifero afflatu serpens vagus inquinat æthram,
Haud secus illapso penetrantur litora fluctu.

ARBOR.

Arbores exscindentis cum præparante nauem.

——— succidere pinus, Claud. lib. 3. de Rapt. v. 360.
Et magis enodes properat prosternere cedros.
Sic qui vecturus longinqua per æquora merces,
Molitur tellure ratem, vitamq; procellis
Obiectare parat; fagos metitur & alnos,
Et varium rudibus siluis accommodat vsum.

Arborum excisarum cum Ismaro vento, & nemore flammâ euersis.

Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus Stat. l. 6. v. 104.
Scinditur, acclinant intonsa cacumina terræ
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus vlmus,
Dat gemitum tellus. non sic euersa feruntur
Ismara, cùm fracto Boreas caput extulit antro:
Non grassante Noto citiùs nocturna peredit
Flamma nemus. ———

ARDERE.

Ardentis cum Ætna.

* ——— *acrior mentem excoquit,* *Seneca in Herc. Fur. v. 105.
Quàm qui caminis ignis Ætneis furit.

Ar-

Ardentis cum Ætna, Lemno, Zona torrida.

Seneca in Herc. Oet. v. 1360. *O mater, hydram & mille cum lerna feras*
Errare medijs credo visceribus meis,
Quæ tanta nubes flamma Sicanias bibit?
Quæ Lemnos ardens? quæ plaga inferni poli
Vetans flagranti currere in Zona diem?

Ardentis Herculis cum Pindo, Atho, Caucaso.

Seneca in Her. Oet. v. 1729. *Refugit ignis, & reluctantur faces,*
Et membra vitant: sed recedentem Hercules
Insequitur ignem. Caucasũ, aut Pindum, aut Athon
Ardere credas. ———

Ardentis cum esculo & quercu fulmine tactis.

Sil. l. 10. *Et pulmone tenus depressit anhelitus ignem.*
Tandem cum toto cecidit grege, nomen in Vmbro
Clarum Crista diu populo; ceu fulmine celsa
Esculus, aut proauis ab origine cognita quercus,
Cum fumat percussa Ioui, sacrosq; per auum
Æthereo ramos populantur sulphure flammæ,
Donec victa Deo latè procumbit, & omnem
Collabens operit spatioso stipite prolem.

Ardentium crinium cum segete arida.

Ouid. lib. 12. Metam. *Correpta rapida veluti seges arida flamma*
Arserunt crines. ———

Ardentis arundinis cum exhalationibus quas vocant ignes volantes.

* Virg. lib. 5. versu 588. * *Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo,*
Signauitq; viam flammis, tenuesq; recessit

Consumpta in ventos: cælo ceu sæpe refixa
Transcurrunt crinemq́ volantia sidera ducunt.

ARCVS.

Oculorum Argi cum tela ostro infecta.

Muneris illa potens, custodem protinus Argum Valerius
Adiungit, custos Argus placet, inscia somni Flaccus
Lumina non aliter lucent cui vertice, quam si lib. 4.
Lyda nurus sparso telas maculauerit ostro.

ARIES.

Arietis & Leonis cum signis cælestibus.

Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles, Mart.
Vt niteant celsi lucida signa poli? lib. 9.
Sidera si possent pecudesq́, feræq́ mereri, Epig. 53.
Hic aries astris, hic leo dignus erat.

ARMATVS.

Armati cum serpente.

Vestibulum ante ipsum primoq́ in limine Pyrrhus Virg.
Exsultat telis, & luce coruscus ahena: lib. 2.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus, Æneid.
Frigida sub terra tumidum quem Bruma tegebat, v. 469.
Nunc positis nouus exuuijs, nitidusq́ iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.

Armati cum Lucifero.

Nec leuior comitatur Aron, horrentia cuius Val.
Discolor arma super squalentesq́ ære lacertos Flac.
Barbarica chlamys ardet acu, tremefactaq́ vento lib. 6.
Implet equum: qualis roseis it Lucifer alis,
Quem Venus illustri gaudet producere cælo.

Ar-

Armati cadentis & ſtrepitum exhibentis cum rupe ruente in mare.

Virg. lib. 9. Æneid. v. 709.

Dat tellus gemitũ, & clypeum ſuperintonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Conſtructam iaciunt ponto: ſic illa ruinam
Prona trahit, penituſq; vadis illiſa recumbit.
Miſcent ſe maria, & nigræ attolluntur arenæ.

ARMA RESVMERE.

Arma reſumentium poſt morbum, cum piſcatore poſt tempeſtatem opus reſumente.

Silius lib. 14.

——— vt grauis ergo
Primùm letiferos repreſſit Sirius æſtus,
Et poſuere auidæ mortis contagia peſtes;
Ceu ſidente Noto cùm ſe maria alta reponunt,
Propulſa inuadit piſcator cærula cymba:
Sic tandem ereptam morbis graſſantibus armat
Marcellus pubem, luſtratis rite maniplis.

ASSENTIRI.

Aſſentientium cum vento.

Virg. lib. 10. verſ. 96.

——— cunctiq; fremebant
Cælicolæ aſſenſu vario: ceu flamina prima,
Cùm deprenſa fremunt ſiluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

ATTONITVS.

Attoniti exercitus cum iuuencis attonitis.

——— at illis
Horruerant lacrymæ, ſtupuitq́ immanis eundi Statius
Impetus, atque vno vultu pallore gelati. lib. 12.
Non ſecus afflauit molles ſi quando iuuencas Theb.
Tigridis Hircanæ ieiunum murmur, & ipſe v. 166.
Auditu turbatur ager, timor omnibus ingens,
Quæ placeat, quos illa fames deſcendat in armos:
Continuò diſcors vario ſententia motu
Scinditur. ———

Attonitæ cum paſtore.

Ceu natam preſſat gremio, caſtumq́ cubile, Claud.
Deſertosq́ toros, & ſicubi ſederat olim lib. 3. de
Perlegit. attonitus ſtabulo ceu paſtor inani Raptu,
Quem lupus, aut rabies Pœnorum inopina leonum, v. 164.
Aut populatrices infeſtauere cateruæ.
Serus at ille redit, vaſtataq́ paſcua luſtrans
Non reſponſuros ciet imploratq́ iuuencos.

Attoniti cum viatore anguem vidente.

Attonitusq́ metu rediit; ceu ſæpe viator Ouid.
Turbatum viſo rettulit angue pedem. l. 2. Faſt.
v. 340.

ATTOLLERE.

Intollentis ſe cum Caucaſo niuibus aucto.

Nec ſua Crethiden latuit Dea, vimq́ recentem Val.
Sentit agi membris, ac ſe ſuper agmina tollit: Flac.
Quantus vbi ipſe gelu magnoq́ incanuit imbre lib. 6.
Caucaſus, & ſummas abiit hibernus in Arctos.

AVARVS.

Auari cum Timone, Tantalo, &c.

Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1.

——— *iubeas miserum esse libenter,*
Quatenus id facit. vt quidam memoratur Athenis
Sordidus ac diues populi contemnere voces
Sic solitus: Populus me sibilat; at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis vndique saccis
Indormis inhians, & tamquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.

Auari auro recreati cum Mida.

Claud. lib. 1. in Ruffin. versu 164.

Illecebris capitur, nimiùmq́; elatus auaro
Pascitur intuitu. sic Rex ad prima tumebat
Mæonius, pulchro cùm verteret omnia tactu:
Sed postquam riguisse dapes, fuluâmq́; reuinctos
In glaciem vidit latices; tunc munus acerbum
Sensit, & inuiso votum damnauit in auro.

Auari cum Tantalo.

Petron. Arbiter.

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia cernens
Qui timet, & sicco concoquit ore famem.

Auari numquam satiati cum mari.

* Claud. lib. 1. in Ruffin. v. 183.

* *Ac veluti innumeros amnes accedere Nereus*
Nescit, & vndantem quamuis hinc hauriat Istrũ,
Hinc

Hinc bibat æstiuum septeno gurgite Nilum,
Par semper similisq; meat: sic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit. ———

Auarus semper seruit, vt equus nimis auidus pabuli.

Ceruus equum pugna melior communibus herbis Horat.
Pellebat, donec minor in certamine longo Epist.
Implorauit opes hominis, frenumq; recepit; ad Fusc.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste, Aristiú.
Non equitem dorso, non frenum depulit ore:
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Seruiet æternùm, quia paruo nesciet vti.

Auarorum cum hydropicis.

Quærere vt absumant, absumpta requirere certant, Ouid.
Atque ipsæ vitijs sunt alimenta vices. lib. 1.
Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vnda, Fast. v.
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. 213.

Auari diuitiis incumbentis cum dracone custode luci Scythici.

Largiris nihil, incubásq; gazæ, Martial.
Vt magnus draco, quem canunt Poëtæ lib. 12.
Custodem Scythici fuisse luci. Ep. 43.

AVCTOR.

Auctoris boni cum fonte.

Tu qui longa potes dispendia ferre viarum, Mart.
I, liber, absentis pignus amicitiæ: lib. 9.

Vilis eras, fateor: si te nunc mittere tento,
Grande tui pretium muneris auctor erit.
Multum, crede mihi, refert a fonte bibatur
Qui fluit, an pigro quæ stupet vnda lacu.

AVDAX.

Audacis cum apro Calydonio.

Stat. l. 2. Theb. v. 467. ——— *hæc audax etiamnum in limine regis*
Vociferans iam tunc impulsi per agmina præceps
Euolat Oenides. vindex sic ille Dianæ
Erectus setis, & adunca fulmine malæ,
Cum premeret Pelopea phalanx, saxa obuia voluens,
Fractaq́ perfossis arbusta Acheloia ripis,
Iam Telamona solo, iam stratum Ixiona linquens,
Te, Meleagre, subit. ———

Audacis cum Gigantibus.

Stat. lib. 3. Sil. 2. *Audax ingenij: nec enim temeraria virtus*
Illa magis, summæ gelidum quæ Pelion Ossæ
Iunxit, anhelantemque iugis bis pressit Olympum.

AVGVRIVM.

Augurij exspectatione suspensorum, cum exspectantibus in circo egressum curruum e cavea.

Ennius lib. 17. *Curantes magna cum cura, concupientes*
Regni, dant operam simul auspicio augurioq́.
Hinc Remus auspicio se deuouet, atque secundam
Solus auem seruat: at Romulu' pulcher in alto

Qua-

Quærit Auentino, seruans genus altiuolantum.
Certabant vrbem Romámne Remámne vocarent:
Omnis cura viros vter esset Induperator
Exspectant. veluti Consul cum mittere signum
Vult, omnes auidi spectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis ex faucibu' currus;
Sic exspectabat populus, atque ore timebat
Rebus, vtri magni victoria sit data regni.

AVGVSTVS.

Augusti nominis cum nomine Iouis.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen Ouid. lib. 2. Fast. v. 127.
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.
Res tamen antè dedit; sero quoque vera tulisti
Nomina, iam pridem tu pater orbis eras.
Hoc tu per terras, quod in æthere Iuppiter alto,
Nomen habes: hominum tu pater, ille Deûm.

Augusti nominis cum alijs nominibus.

Africa victorem de se vocat: alter Isauras Ouid. lib. 1. Fastor. v. 593.
Aut Cretum domitas testificatur opes.
Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum:
Ille Numantina traxit ab vrbe notam.
Et mortem & nomen Druso Germania fecit:
Me miserum! virtus quam breuis illa fuit!
Si petat, à victis tot sumet nomina Cæsar,
Quot numero gentes maximus orbis habet.
Ex vno quidam celebres, aut torquis adempti,
Aut corui titulos auxiliaris habent:
Magne, tuum nomen, rerum est mensura tuarum;

Sed qui te vicit, nomine maior erat.
Nec gradus est Fabios supra cognominis vllus;
Illa domus meritis maxima dicta suis.
Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes;
Hic socium summo cum Ioue nomen habet.

Augusti cum Romulo.

Ouid. lib. 2. Fastor. v. 131. *Romule concedes: facit hic tua magna tuendo*
Mœnia, tu dederas transiilienda Remo.
Te Tatius, paruiq; Cures, Caninaq; sensit:
Hoc duce Romanum est Solis vtrumque latus.
Tu breue nescio quid victæ telluris habebas;
Quodcumque est alto sub Ioue Cæsar habet.
Tu rapis, hic castas duce se iubet esse maritas.
Tu recipis luco, reppulit ille nefas.
Vis tibi grata fuit; florent sub Cæsare leges.
Tu domini nomen, Principis ille tenet.
Te Remus incusat; veniam dedit hostibus ille.
Cælestem fecit te pater, ille patrem.

AVRIGA.

Aurigæ alterum docentis cum Sole.

Stat. l. 6. Theb. v. 316. *Tunc rector genero Polynici indulget agendum*
Multa monens, vbi feruor equo, qua suetus ab arte
Mulceri, nec sæua manus, nec liber habenis
Impetus, Vrge alios, inquit; stimulisq; minisq;
Ille ibit, minus ipse voles. Sic ignea lora
Cum daret, & rapido Sol natum imponeret axi,
Gaudentem lacrymans astra insidiosa docebat,
Nolentesq; teri Zonas, mediamq; polorum
Temperiem. ———

Aurigæ negligentis cum nauclero remiſſo.

Sed nec lora regit, nec verbera pallidus addit Statius lib. 6. v. 451.
Labdacides: laſſa veluti ratione magiſter
In fluctus, in ſaxa ruit, nec iam amplius aſtra
Reſpicit, & victam proiecit caſibus artem.

Aurigæ cum nauis gubernatore.

At ille, qualis turbido rector mari Senec. in Hippolyto, v. 1072.
Ratem retentat, ne det obliquum latus,
Et arte fluctus fallit, haud aliter citos
Currus gubernat, ora nunc preſſis trahit
Conſtricta frenis, terga nunc torto frequens
Verbere coërcet. ———

AVXILIVM.

Auxilio venientis cum ortu Caſtorum nautis implorato.

Hic veluti nigro iactatis turbine nautis Catull. ad Mallium.
Lenius adſpirans aura ſecunda venit,
Iam prece Pollucis, iam Caſtoris implorata,
Tale fuit nobis Mallius auxilium.

Auxilium implorantium cum pueris abſente parente.

Iam cuncti veniſſe volunt, ſcelerumq́ue priorum Claud. lib. 2. in Eutrop. v. 506.
Pœnitet, hoc tantis bellorum ſidus in vndis
Sperant, hoc pariter iuſti ſonteſq́ue precantur.
Ceu pueri, quibus alta pater trans æquora merces
Deuehit, intenti ludo, ſtudiiſq́ue ſoluti,
Lætius amoto paſſim cuſtode vagantur;

Si grauis auxilio vacuus inuaserit ædes
Vicinus, laribusq́ suis proturbat multos,
Tum demum patrem implorant, & nomen inani
Voce cient frustraque oculos ad litora tendunt.

Auxilium ferentium morti proximæ, cum pastoribus tauro succurrentibus.

Valerius Flaccus lib. 2.

——— iam clara sonat desertáque duræ
Virgo neci, quem non hominū superumq; vocabat?
Acriùs hoc instare viri, succurrere certi:
Qualiter, impleuit gemitu cùm taurus acerbo
Auia, frangentem morsu super alta leonem
Terga ferens, coit è sparso concita mapali
Agrestum manus, & cæco clamore coloni.

B.

BACCHVS.

Bacchi cum Hercule.

Ouid. libro 1. Amor.

Ingenium cæleste suis velocius annis
Surgit, & ignauæ fert mala damna moræ.
Paruus erat, manibúsque suis Tirynthius angues
Pressit, & in cunis iam Ioue dignus erat.
Nunc quoq;, qui puer es, tantus tum, Bacche, fuisti,
Cùm timuit thyrsos India victa tuos.
Auspicijs animisq; patris puer arma mouebis,
Et vinces animis auspicijsq; patris.

BALNEVM.

* Statius l. 1. Silu in Balneo Etrusci.

Balnei præstantia cum alijs eiusdem generis.

* *Nec si Baianis veniat nouus hospes ab oris*

Talia

Talia deficiat. fas sit componere magnis
Parua; Neronea nec qui modo lotus in vnda,
Hic uerum sudare neget. ———

BARBA.

Barbæ rigidæ cum barba hirci.

Cuius liuida naribus caninis Martial. libro 7. Ep. 78.
Dependet glacies, rigetq; barba,
Qualem forcipibus metit supinis
Tonsor Cinyphio Cilix marito.

BELLICOSVS.

Bellicosi cum primis Romanis & Troianis.

Tu quamquam non ante forum legésque seueras Statius libro 5. Siluar. in Protrep. ad Crisp,
Passus, sed tacita studiorum occultus in vmbra,
Defensare metus, aduersaq; tela subisti
Pellere inermis adhuc & tiro pauentis amici.
Haud vmquam tales adspexit Romulus annos,
Dardaniusq; senex, medij bellare togata
Strage fori. ———

Bellicosi cum fulmine.

Acer & indomitus, quò spes quoq; ira vocasset, Lucan. lib. 1.
Ferre manum, & numquã temerãdo parcere ferro;
Successus vrgere suos, instare fauori
Numinis; impellens quidquid sibi summa petenti
Obstaret, gaudénsque viam fecisse ruina.
Qualiter expressum ventis per nubila fulmen,
Ætheris impulsi sonitu mundiq; fragore

Emicuit, ruptiq́ diem, populosq́ pauentes
Terruit, obliqua perstringens lumina flamma:
In sua templa furit; nullaq́ exire vetante
Materia, magnamq́ cadens, magnamq́ reuertens
Dat stragem late, sparsosq́ recolligit ignes.

Bellicosi cum Coclite.

Claud. in Paneg. de 6. Cons. Honor. v. 483.

——— *non tela retardant,*
Obijce non hæsit fluuij: sic ille minacem
Tyrrhenum labente manu pro ponte repellens
Traiecit clypeo Tibrim, quo texerat vrbem,
Tarquinio mirante Cocles, medijsq́ superbus
Porsennam respexit aquis. ———

BELLVM.

Bellum sustinentis cum agricola obruto nimbis & grandine.

Virg. lib. x. v. 803.

Ac velut effusa si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit, in terris vt possint, Sole reducto,
Exercere diem: sic obrutus vndique telis
Æneas, nubem belli, dum detonet, omnis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoq́ minatur.

Belli commoti cum quadrigis.

Virg. lib. 1. Georg. v. 509.

Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum;
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt; sæuit toto Mars impius orbe:

Vt cùm carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Bellum sustinentis cum Gigantibus.

——— manet ille cruentis Stat.
Angustus telis, & inexpugnabilis obstat. lib. 2.
Non aliter Geticæ (si fas est credere) Phlegræ Theb.
Armatum immensus Briareus stetit æthera contra; v. 593.
Hinc Phœbi pharetras, hinc toruæ Pallados angues,
Inde Peletroniam præfixa cuspide pinum
Martis, at hinc lapso mutata Pyracmone temnens
Fulmina, cum toto nequidquam obsessus Olympo
Tot queritur cessare manus. non segnius ardet
Huc illuc clypeum obiectans, seq; ipse recedens
Circuit, interdum trepidis accurrit, & instat.
Spicula diuellens, clypeo quæ plurima toto
Fixa tremunt, armantq; virum, sæpe aspera passum
Vulnera, sed nullum vitæ in secreta receptum,
Nec mortem sperare valet. ———

Belli ciuilis vnius cum altero.

——— at miseros angit sua cura parentes, Lucan.
Oderuntq; grauis viuacia fata senectæ, lib. 2.
Seruatosq; iterum bellis ciuilibus annos.
Atque aliquis magno quærens exempla timori,
Non alios, inquit, motus tunc fata parabant,
Cum post Teutonicos victor Libycosq; triumphos
Exsul limosa Marius caput abdidit vlua.

Belli ciuilis cum coniuratione Catilinæ.

Nec magis hoc bellũ est, quam cùm Catilina parauit Lucan.
C 5 *Ar-* lib. 2.

Arsuras in tecta faces, sociusque furoris
Lentulus, exsertique manus vesana Cethegi.

Bellum optantis cum olla feruente.

Virg. lib. 7. Æneid. v. 460.

Arma amens fremit, arma toro tectisq; requirit;
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli;
Ira super: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aëni,
Exsultantq; æstu latices; furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis;
Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras.

Bellum optantis cum leone adulto.

Claud. in Paneg. de 3. Conf. Honor. v. 74.

——— *quanto flagrabant pectora voto*
Optatas audire tubas, campique cruenta
Tempestate frui, truncisque immergere plantas!
Vt leo, quem fului matris spelunca tegebat,
Vberibus solitum pasci, cum crescere sensit
Vngue pedes, & terga iubis, & dentibus ora,
Iam negat imbelles epulas, & rupe relicta
Gætulo comes ire patri, stabulisq; minari
Æstuat, & caſi terga absorbere iuuenci.

Bellum optantis cum leone.

Stat. l. 2. Theb. v. 675.

Vt leo, qui campis longè custode fugato
Massylas depastus oues, vbi sanguine multo
Luxuriata fames, ceruixq; & tabe grauatæ
Consedere iubæ, medijs in cædibus adstat
Æger hians, victusq; cibis; nec iam ampliùs iræ
Crudescunt, tantum vacuis ferit aëra malis,
Molliaq; eiecta delambit vellera lingua.

Ille

Ille etiam Thebas spolijs & sanguine plenus
Isset, & attonitis sese populóque ducique
Ostentasset ouans, ni tu, Tritonia virgo,
Flagrantem multáq; operis caligine plenum
Consilio dignata virum. ———

Bellum desiderantis cum tauro.

Omnibus idem animus forti decernere pugna, Valer. Flac. lib. 4.
Exoptántque virum, contráq; occurrere poscunt:
Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
Taurus aquis qui primus iuit, sperníté; tumentem,
Pandit iter; mox omne pecus formidine pulsa
Ponè subit, tamque & medijs procedit ab vndis.

BOLETVS.

Boleti exquisiti cum alio.

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Iuuenal. libro 1. Satyr. 5.
Boletus domino: sed qualem Claudius edit
Ante illum vxoris, post quem nil amplius edit.

C.

CADERE.

Cadentis cum arbore.

——— & vltro Virg. lib. 5. v. 446.
Ipse grauis grauitérque ad terram pondere vasto
Concidit: vt quondam caua concidit aut Erymãtho
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

Phaëthontis cadentis è cælo cum igne volante.

* *At Phaëthon rutilos flamma populante capillos* * Ouid. libro 2. Metam.
Vol-

Voluitur in præceps, longoq́; per aëra tractu
Fertur: vt interdum de cælo stella sereno
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.

Cadentis cum rupe cadente in mare.

Virg. lib. 9. v. 709.
Dat tellus gemitũ, & clypeum superintonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit; magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq́; vadis illisa recumbit;
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.

Cadentis cum Luna.

Stat. l. 6. v. 683.
Ille citus sublime petit, similisq́; cadenti
Crescit in aduersum, tandemq́; exhaustus ab alto
Tardior in terram redit, atque immergitur aruis.
Sic cadit, attonitis quoties auellitur astris,
Solis opaca soror. procul auxiliantia gentes
Æra crepant, frustraq́; timent: at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Cadentis cum arbore cadente.

Statius lib. 9. v. 532.
Procumbit: Getico qualis procumbit in Hæmo
Seu Boreæ furijs, putri seu robore quercus
Cælo mixta comas, ingentemq́; aëra laxat.
Illam nutantem nemus & mons ipse tremiscit,
Qua tellure cadat, quas obruat ordine siluas.

Cadentis cum turri.

Stat. l. 9. v. 559.
——— ruit haud alio quàm celsa fragore
Turris, vbi innumeros penitus quassata per ictus
Labitur, effractamq́; aperit victoribus vrbem.

Ca-

Cadentis moribundi cum pinu.

Ille mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulsa cupressus Euro,
Procidit latè, posuitq́ collum
Puluere Teucro.

Horat. lib. 4. Od. 6.

Cadentis in terram per somnũ, cum orno in siluis, & mole in mare cadente.

——— *vultus in somnum cadit,*
Et fessa ceruix capite submisso labat,
Flexo genu iam totus in terram ruit,
Vt celsa siluis ornus, aut portus mari
Datura moles. ———

Seneca in Her. Furente, v. 1044.

Cadentis cum Tauro ante aras cadente.

Iam peruagatus ipse se fregit furor:
Caditq́, flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus vulnus incisa gerens.

Seneca in Agamem. v. 773.

Cadentis mortui cum monte.

Tenditur ille ingens hominum pauor, aruaq́ latè
Occupat, annosi veluti si decidat olim
Pars Erycis, vel totus Athos, qua mole iacentis
Ipse etiam expleri victor nequit. ———

Valerius Flaccus lib. 4.

Cadentis cum Capaneo.

* *Illo nec leuiùs cecidi, quem magna locutum*
Reppulit à Thebis Iuppiter igne suo.

* Ouid. libro 4. Eleg. 3. v. 29.

Cadentis cum Nilo, Pado, Alpheo.

* *Iamq́ altæ cecidere iubæ, nutatq́ coactum*

* Val. Flac. lib. 8.

Iam

Iam caput, atque ingens extra sua vellera ceruix:
Ceu refluens Padus, aut septem proiectus in amnes
Nilus, & Hesperium veniens Alpheus in orbem.

Cadentis mortui cum arbore euulsa.

Valer. Flac. lib. 6. *Sanguine tunc atro chlamys ignea, sanguine vultus,*
Et grauida maduere comæ, quas flore Sabæo
Nutrierat, liquidoque parens signauerat auro.
Qualem si quis aquis & fertilis vbere terræ
Educat, ac ventis oleam felicibus implet.
Iam videt & primam tenero de vertice frondem,
Cùm subito immissis præceps Aquilonia nimbis
Venit hiems, nigraq́ euulsam extendit arena.
Haud secus ante vrbem Miraces atque ipsius ante
Virginis ora cadit: sed non magis illa mouetur
Vnius ægra metu, quam te, Meleagre, furentem,
Quam Talaum videt, aut pugnas miratur Acasti.

Montis cadentis cum scopulis reuulsis.

Silius lib. 1. ——— cæcaq́ latebra ———
Pandunt prolapsam suffossis mœnibus vrbem.
Terribilem in sonitum procumbens aggere victo
Herculeus labor, atque immania saxa reuoluens,
Mugitum ingentem cælo dedit Alpibus altis.
Aëriæ rupes, scopulorum mole reuulsa,
Haud aliter scindunt resonanti fragmine montem.

Cadentis magno impetu, cum mole in mare cadente.

Silius lib. 4. *Procumbit lata, porrectus in arma, ruina,*
Et percussa gemit tellus ingentibus armis.

Haud

Haud aliter structo Tyrrhena ad litora saxo
Pugnatura fretis subterq́; excisq́; procellis
Pila immanè sonans impingitur ardua ponto:
Immugit Nereus, diuisáque cærula pulsu
Illisum accipiunt irata sub æquora montem.

Cadentis per gradus cum Elpenore.

A Sinuessanis conuiua Philostratus vndis Mart. lib. 11. Epig. 43.
Conductum repetens nocte iubente larem,
Pæne imitatus obit sæuis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit vsque gradus.

Cadentis cum glande plumbea.

Reddentémque suo non regia iussa Quiriti Ouid. lib. 14. Metam.
Abstulit Iliaden: corpus mortale per auras
Dilapsum tenues, vt lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere cælo.

CANTARE.

Cantantis exercitus, cum Israelitis post transitum maris rubri.

Ast alia de parte equitum resonantibus hymnis, Prudét. in Auaritiæ & Largitatis pugna.
Non aliter cecinit respectans victor hiantem
Israël rabiem ponti post terga minacis,
Cùm iam progrediens calcaret litora sicco
Vlteriora pede, stridensq́; per extima calcis
Mons rueret pendentis aquæ, nigrósque relapso
Gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo,
Ac refluente sinu iam redderet vnda natatum
Piscibus, & nudas præceps operiret arenas.

Pulsa-

Pulsauit resono modulantia tympana plectro
Turba Dei, celebrans mirum ac memorabile saclis
Omnipotentis opus, liquidas inter freta ripas
Fluctibus incisis & subsistente procella
Crescere, suspensosq́; globos potuisse teneri.
Sic, expugnata vitiorum gente, resultant
Mystica dulcimodis virtutum carmina psalmis.

Cantantis carmen lugubre cum Philomela.

Catul. ad Ortalum.

Semper mæsta tua carmina morte canam:
Qualia sub densis ramorum concinit vmbris
Daulias, assumpti fata gemens Ityli.

Cantantis carmen cum Apolline.

Propert. lib. 2.

Quamuis ille sua lassus requiescat auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poëtæ:
Quo seges in campo, quo viret vua iugo.
Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

Cantus Sirenum cum sono Musarum, instrumentorum, &c.

Ex Epigrammatis Veterũ.

Sirenes varios cantus, Acheloia proles,
Et solita miros ore ciere modos.
Illarum voces, illarum Musa mouebat
Omnia quæ Thymele carmina dulcis habet:
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca querun-(tur,
Quodq́; foraminibus tibia mille sonat;
Quodq́; leues calami, quod suauis cantat Aëdon,
Quod lyra, quod cithara, quod moribundus olor.

Can-

Cantantium cum cygnis.

Ibant æquati numero, regemq́ canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,
Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos; sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus. ——— Virg. lib. 7. v. 698.

Cantantium cum cygnis.

——— *patrijs concentibus audis* Stat. l. 7. Theb. v. 286.
Exsultare gregem, quales, cùm pallida cedit
Bruma, renidentem deducunt Strymona cygni.

Cantantis suauiter, cum tibia, &c.

Incipit illa sacri modulamina fundere cantus, Incerti Auctoris ex Phœnice.
Et mira lucem voce ciere nouam:
Quam nec Iülea voces nec tibia possit
Musica Cyrrhæis assimilare modis:
Sed neque olor moriens imitari posse putatur,
Nec Cyllenea fila canora lyræ.

Canentis cithara, cum Chirone.

Perfundi nardo iuuat, & fide Cyllenea Horat. libro Epod. Ode 13.
Leuare diris pectora solicitudinibus:
Nobilis vt grandi cecinit Centaurus alumno.

CAPTVS.

Capti & circumuenti, cum feris & piscibus captis.

Claud. lib. 2. in Ruffin. v. 373.

——— *decrescere campus*
Incipit, & clypeis in se redeuntia iunctis
Curuo paulatim sinuantur cornua ductu.
Sic ligat immensa virides indagine siluas
Venator: sic attonitos ad litora pisces
Æquoreus populator agit, rarosq; plagarum
Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras.

Ruffini capti & circumuenti, cum fera.

Claud. lib. 2. in Ruffin. v. 391.

——— *seges vndique ferri*
Circumfusa micat, dextra læuaq; reuinctus
Hæsit, & ensiferæ stupuit mucrone coronæ:
Vt fera quæ nuper montes amisit auitos,
Altorumq; exsul nemorum damnatur arenæ,
Vulneribus commota ruit; vir murmure contrà
Hortatur, nixusq; genu venabula tendit;
Illa pauet strepitus, cuneosq; erecta theatri
Despicit, & tanti miratur sibila vulgi.

CARMEN.

Carminum insulsorum, cum cibis inconditis.

* Mart. libro 7. Epig. 22.

* *Dulcia cùm tantùm scribas Epigrāmata semper,*
Et

Et cerussata candidiora cute;
Nullaq; mica salis, nec amari fellis in illis
Gutta sit; ô demens, vis tamen illa legi.
Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti:
Nec grata est facies cui gelasinus abest.
Infanti melimela dato, fatuasq; mariscas:
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia sapit.

Carminum tenuium, cum columbis respectu aquilæ.

——— sed carmina tantum
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

Virgil. Ecloga 9. v. 11.

Carminum famam tribuentium, cum marmoribus, & alijs.

Non incisa notis marmora publicis;
Per quæ spiritus & vita redit bonis
Post mortem ducibus; non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorsum Hannibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratus redijt, clariùs indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides: neque,
Si chartæ sileant, quòd bene feceris,
Mercedem tuleris. ———

Horat. libro 4. Carm. Odè 8.

Carminis exigui cum magno, & vtriusque cum alijs.

Martial. libro 9. Ep. 37.

Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,
Carmina quòd faciam quæ breuitate placent.
Confiteor: sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prœlia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona viuum:
Tu magnus luteum, Gaure, Giganta facis.

Carmen componentis, cum ape mel conficiente.

Horat. lib. 4. Carm. Ode 2.

——— ego apis Matinæ
More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidíque
Tiberis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.

Carmina tenuia bonis miscentis, cum vulpe, noctua, &c.

Mart. lib. 10. Epig. 82.

Quid, stulte, nostris versibus tuos misces?
Cum litigante quid tibi, miser, libro?
Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquilisq; similes facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte, frustra crure ligneo curres.

Carmine magico vtentis, cum Medea & Circe.

* Stat. libro 4. Theb. v. 548.

* *Iussa facit, carmenq; serit quo dissipet vmbras,*

Quo

Quo regat & sparsas: qualis si crimina demas
Colchis, & Æaeo simulatrix litore Circe.

Carminis flebilis cum carmine oloris.

Reddidit icta suos pollice chorda sonos: Ouid. libro 2.
Flebilibus numeris veluti canentia dura Fast.
Traiectus penna tempora cantat olor. versu 109.

Carminis flebilis cum carmine oloris.

Accinit, vt cygno, qui, fixus arundine, carmen, Incerti
Mille modis, querulum, quod cœperat, interrumpit. Auctoris in
Nec Phœnix aliter, cùm sese imponit in altum Lucan.
Quem struit ipse rogum, cantus dulcedine mira
Nondum perfectos plaudenti morte relinquit.
Nec secus Ismarijs vates oppressus in oris
A Ciconum nuribus, superûm dum cantat amores,
Brutaq; cum siluis & saxa sequentia ducit,
Non potuit moriens medios absoluere cantus.

Carmen componentis, cum Aty, & delphine, vel Arione.

Sed numeris decor est & iunctura addita crudis. Pers.
Claudere sic versum didicit Berecynthius Atys, Sat. 5.
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Carmen & obesse & prodesse potest, cum medicina, igne, &c.

Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta Ouid.
Comparat, audaces instruit igne manus. lib. 2.
Eripit interdum, modò dat medicina salutem; Trist.
Quaq; iuuet monstrat, quaq; sit herba nocens. v. 267.

Et latro & cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas vt agat facundia caussas:
Protegit hæc sontes, immeritosq́; premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.

CEDERE.

Cedentis inferiori, cum Virgilio minoribus Poëtis cedente.

Martial. libro 8. Ep. 18.

Sed tibi tantus inest veteris respectus amici,
Charior vt mea sit quàm tua fama tibi.
Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos posset cùm superare modos.
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cùm posset Tragico fortiùs ore loqui.
Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

CELER.

Celeris nuntij cum Austro.

Prudét. libro Ἀποθεώσεως.

Quis tam pennatus rapidoq́; simillimus Austro
Nuntius? ———

Phœbi celeriter volantis, cum fulmine & sagittis.

Statius libro 6. Theb. v. 384.

Dixit, & os fletu pæne inuiolabile tinctus
Extemplo Nemeen radiante per æthera saltu
Ocyor & patrio venit igne, suisq́; sagittis.

Cele-

Celeriter ſaltantis, cum pardo.

Vt primùm cumulo creſcente cadauera murum Lucan.
Admouere ſolo, non ſegnior extulit illum lib. 6.
Saltus, & in medias iecit ſuper arma cateruas,
Quàm per ſumma rapit celerem venabula pardum.

Celeriter caſtra mouentis, cum lapide funda excuſſo, & ſagitta.

Sic fatus noctis tenebris rapit agmina ductor Stat. l. 6.
Impiger, & torto Balearis verbere fundæ Theb.
Ocyor, & miſſa Parthi poſt terga ſagitta. v. 384.

Celerrimè currentium, cum telis, velis, &c.

Inſonuit contrà Tyrrhenum murmur, & omnes, Statius
Exſiliere loco. quæ tantum carbaſa ponto, libro 6.
Quæ bello ſic tela volant? quæ nubila cælo? Theb.
Amnibus hibernis minor eſt, minor impetus igni: v. 404.
Tardiùs aſtra cadunt, glomerantur tardiùs imbres:
Tardiùs è ſummo decurrunt flumina monte.

Celerrimè currentis equi, cum ceruis.

His mille alipedes turmæ; velocior Euris Silius
Et doctus virgæ ſonipes in caſtra ruebat. lib. 3.
Ceu pernix cum denſa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Vmber
Nare ſagax è calle feras, perterrita latè
Agmina præcipitant volucres formidine cerui.

Canis celeriter currentis cum Borea.

Aurel. Nemesianus in Cynegetico.

Cursibus acquirunt commoto sanguine vires,
Paulatimq; auidos comites post terga relinquunt.
Haud secus effusis Nerei per cærula ventis,
Cùm se Threicius Boreas super extulit antro,
Stridentiq; sono vastas exterruit vndas,
Omnia turbato cesserunt flumina ponto;
Ipse super fluctus spumanti murmure feruens
Conspicuum pelago caput eminet: omnis euntem
Nereidum mirata suo stupet æquore turba.

CEREBRVM.

Cerebri effluentis, cum lacte & liquore per cribrum aut texta viminea effluentibus.

Ouid. lib. 12. Metam.

Fracta volubilitas capitis latissima, perq; os,
Perq; cauas nares, oculosq;, auresq; cerebrum
Molle fluit: veluti concretum vimine querno
Lac solet, vt ve liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.

Choros ducentium, & illis delectantium, cum Orpheo.

Virg. in Culice, v. 114.

Hic etiam viridi ludentes Panes in herba,
Et Satyri, Dryadesq; choros egere puellæ,
Naiadum cœtu. tantum non Orphëus Hebrum
Restantem tenuit ripis siluasq; canendo;
Quantum te, Peneu, remorantem dia chorea,
Multa tibi læto fundentes gaudia vultu.

CHRISTVS.

Christi defendentis populum, cum gallina pullos defendente.

O Solymi, Solymi, ferro qui sæpe Prophetas Iuuenc.
Ad vestram missos vitam sine fine necastis; lib. 4.
Quam volui vestram gentem populumq́ tueri,
Ales vti molli solita est sub corpore pullos
Obijce pennarum circùm complexa fouere!

Christi animas ad cælestem vitam ducentis, cum Deo Patre.

Sicut enim Genitor demortua corpora reddit Iuuenc.
Ad claram vitæ lucem: sic omnia Natus, lib. 2.
Quæ volet, ad Superos surgentia corpora ducet.

Christi crucifigendi, cum serpente Moysis in altum elato.

Vt serpens olim vastæ regionis in oris Iuuenc.
Mosis manibus summo sublatus honore est: lib. 2.
Sic hominis Natum tolli in sublime necesse est;
Vt quicumque fidem mentis penetralibus altis
Illius ad numen statuet, sub turbine sæcli
Conculcet pedibus letum, & trans sidera surgens
Sublimis capiat donum inuiolabile vitæ.

CLADES.

Cladis Pharsalicæ cum Cannensi & Alliensi.

Cladis eò dedimus, ne tanto in tempore bellum Lucan.
lib. 7.

Iam posset ciuile geri. Pharsalia tanti
Caussa mali. cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Vide STRAGES.

CLAMOR.

Clamantis, cum agnis balatum edentibus.

Virg. lib. 4. Georg. v. 434.

Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditisq́ lupos acuunt balatibus agni,
Consedit scopulo medius, numerumq́ recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisq́ iacentem
Occupat. ———

Clamantis, cum Tauro mugiente.

Senec. in Hercule Oetæo, v. 798.

——— *hic cælum horrido*
Clamore complet. qualis impressa fugax
Taurus bipenni vulnus & telum ferens
Delubra vasto trepida mugitu replet,
Aut quale mundo fulmen emissum tonat;
Sic ille gemitus sidera & pontum ferit.

Clamantis, cum clamore Bacchi.

Valerius Flaccus libro 8.

——— *sic fata parantem*
Reddere dicta virum furiata mente refugit
Vociferans, qualem Ogygias cùm tollit in arces
Bacchus, & Aonijs illidit tympana truncis.

Talis

Talis erat, talemq́ iugis se virgo ferebat.
Cuncta pauens fugit infestos vibrantibus hastis,
Terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.

Clamoris & tumultus cum clamore bellico.

——— ibi exsultans conclamat ab agmine primo, Statius
Sicut erat leuibus tollens vexilla maniplis, libro 4.
Argus, aquæ, longusq́ virûm super ora cucurrit Theb.
Clamor aquæ. sic Ambracij per litora ponti v.812.
Nauticus in remis iuuenum monstrante magistro
Fit sonus, inq́ vicem contrà percussa reclamat
Terra, salutatus cùm Leucada pandit Apollo.

Clamoris & plausus editi in concilio, cum clamore & plausu theatrali.

——— fit plausus, & ingens Claud.
Concilij clamor, qualis resonantibus olim libro 2.
Exoritur caueis, quoties crinitus ephebus in Eutr.
Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada fingit. v.402.

Clamantis inconditè, cum asinis.

——— ocyus adsit Persius
Huc aliquis. nemon'? turgescit vitrea bilis: Sat.3.
Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Clamoris cum maris fremitu.

Irrupere Argos: mæstiq́ ad limina regis Statius
Bella animis, bella ore fremunt. it clamor ad auras, libro 3.
Quantus Tyrrheni gemitus salis, aut vbi tentat Theb.
Ence- v. 592.

Enceladus mutare latus; procul igneus antris
Mons tonat, exundant apices, fluctusq; Pelorus
Contrahit, & sperat tellus abrupta reuerti.

Clamoris & tumultus cum amnium ſtrepitu.

Stat. lib. 3. Theb. v. 669.

——— rurſus fragor intonat ingens
Hortantum, & vaſto ſubteruolat aſtra tumultu:
Vt rapidus torrens, animos cui verna miniſtrant
Flumina, & exuti concreto frigore colles,
Cùm vagus in campos fruſtra prohibentibus exit
Obijcibus, reſonant permiſto turbine tecta,
Arua, armenta, viri; donec ſtetit improbus alto
Colle minor, magnoq; inuenit in aggere ripas.

Clamoris cum alio clamore.

Statius lib. 3. Theb. v. 54.

Vt ſolum videre (nefas) nulla agmina circum,
Magnanimosq; duces, nihil auſæ quærere tollunt
Clamorem: bello qualis ſupremus apertis
Vrbibus, aut pelago iam deſcendente carina.

Clamoris mulierum concurrentium, cum Mænadibus.

Statius lib. 12. Theb. v. 800.

Femineus quatit aſtra fragor, matresq; Pelaſgæ
Decurrunt: quales Bacchea ad bella vocatæ
Thyades amentes, magnum quas poſcere credas
Aut feciſſe nefas. gaudent lamenta, nouæq;
Exſultant lacrymæ. ———

Clamoris cum nautico clamore.

* Stat. libro 4. Theb. v. 812.

* *——— ibi exſultans conclamat ab agmine primus,*

Sicut

Sicut erat leuibus tollens vexilla maniplis,
Argus, aquæ, longusq; virûm super ora cucurrit
Clamor aquæ. sic Ambracij per litora ponti
Nauticus in remis iuuenum monstrante magistro
Fit sonus, inq; vicem contrà percussa reclamat
Terra, salutatus cùm Leucada pandit Apollo.

Clamoris fugientium, cum Nili tumultu.

Qualia trans pontum Pharijs defensa serenis Stat. l. 5. Theb. v. 11.
Rauca Paretonio decedunt agmina Nilo,
Cùm fera ponit hiems: illæ clangore fugaci
Vmbra fretis aruisq; volant; sonat auius æther,
Iam Borean imbresq; pati, iam nare solutis
Amnibus, & nudo iuuat æstiuare sub Hæmo.

Clamoris pugnantium, cum Oceani mugitu.

——— *clamor vario discrimine vocum* Silius libro 5.
Fert belli rabiem ad Superos, & sidera pulsat.
Ceu pater Oceanus cùm sæuior æthere Caspen
Herculeam ferit, ac exesa in viscera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit vndis:
Dant gemitum scopuli, fractasq; in rupibus vndas
Audit Tartessos latis distermina terris,
Audit non paruo diuisus gurgite Lixus.

Clamoris cum tubæ sonitu.

——— *mouit tantum vox illa furorem,* Lucan. libro 6.
Quantum non primo succendunt classica cantu.

Cla-

Clamoris pugnantium, cum clamore Gigantum & Iouis.

Silius lib. 9. *Tollitur immensus deserta ad sidera clamor:*
Phlegræis quantas effundit ad æthera voces
Terrigena in campis exercitus, aut sator æui
Quanta Cyclopas noua fulmina voce poposcit
Iuppiter, exstructis vidit cùm montibus ire
Magnanimos raptum cælestia regna Gigantes.

Clamantis, & strepitũ facientis, cum fabris, & clamantibus in amphitheatro.

Mart. lib. 9. Ep. 51. *Quid tibi nobiscum est, ludi scelerate magister,*
Inuisum pueris virginibusq́; caput?
Nondum cristati rupere silentia galli,
Murmure iam sæuo verberibusq́; tonas.
Tam graue percussis incudibus æra resultant,
Causidicum medio cùm faber aptat equo.
Mitior in magno clamor furit amphitheatro,
Vincenti parmæ cùm tua turba fauet.

Clamoris varij cum clamore cygnorum.

Virgil. lib. 11. Æneid. v. 454. *——— hîc vndique clamor*
Dissensu vario magnus se tollit in auras:
Haud secus atque alto in luco cùm fortè cateruæ
Consedere auium, piscosóve amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.

Clamoris cum Boreæ sono.

Lucan. lib. 1. *——— it tantus ad æthera clamor,*
Quantus, pinifera Boreas cùm Thracius Ossæ
Rupi-

Rupibus incubuit, curuato robore pressa
Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera siluæ.

Clamoris alicuius, cum eo qui est in vrbis excidio.

Templa putes vrbemq; rapi, facibusq; nefandis Stat. l. 7. Theb. v. 599.
Sidonios ardere lares: sic clamor apertis
Exoritur muris. ———

Clamoris & sonitus, cum sonitu Ætnæ & Inarimes.

Hoc vbi virgineo conceptum est pectore numen, Lucan. lib. 5.
Humanam feriens animam sonat, oraq; vatis
Soluit: ceu Siculus flammis vrgentibus Ætnam
Vndat apex; Campana fremens ceu saxa vaporat
Conditus Inarimes æterna mole Typhoëus.

Clamoris læti, cum clamore Ægyptiorum inuento Osyri.

Exclamare libet, populus quod clamat Osyri Iuuenal. Satyr. 8. lib. 3.
Inuento. ———

CLASSIS.

Classis laceræ cum Argo.

Cetera classis abit summis spoliata carinis: Lucan. libro 2.
Vt Pagasea ratis peteret cum Phasidos vndas,
Cyaneas tellus emisit in æquora cautes;
Rapta puppe minor subducta est montibus Argo,
Vanaq; percussit pontum Symplegas inanem,
Et statura redit. ———

COGITABVNDVS.

Cogitabundi cum tremulo ſplendore Solis in aqua.

Silius libro 7.

Nulla vacant incepta dolis, ſimul omnia verſat,
Miſcetq́; exacuens varia ad conamina mentem:
Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade Solis
Diſſultat per tecta vaga ſub imagine vibrans
Luminis, & tremula laquearia verberat vmbra.

COLOR.

Coloris apparentis, cum Iridis colore.

Ouid. libro 6. Metam.

Illic & Tyrium quæ purpura ſenſit ahenum
Texitur, & tenues parui diſcriminis vmbræ:
Qualis ab imbre ſolet percuſſis Solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum;
In quo diuerſi niteant cùm mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:
Vſq; adeò quod tangat idē eſt, tamen vltima diſtāt.

COLOSSVS.

Coloſſi Domitiani, cum equo Troiano.

Statius libro 1. Silu. in Equo Domitiani.

Nunc agè fama prior notum per ſæcula nomen
Dardanij miretur equi, cui vertice ſacro
Dindymon & cæſis decreuit frondibus Ida.
Hunc neque diſcuſſis cepiſſent Pergama muris,
Nec grege permiſto pueri, innuptæq́; puellæ,
Ipſe nec Æneas, nec magnus duceret Hector.

CO-

COLVMBA.

Columbæ Stellæ, cum passere Catulli.

Stellæ delicium mei columba, Martial. libro 5. Epig. 6.
Verona licet audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo,
Quanto passere maior est columba.

COMA.

Comæ Earini, cum coma Nisi & Achillis.

Sic ornat crines, Tyrios sic fundit amictus, Statius libro 3. Silu. in Coma Earini, v. 55. & 84.
Dat radios ignemq́ suum: cessere priores
Deliciæ, famulúmq́ greges, &c.
Huic & purpurei cedat coma saucia Nisi,
Et quam Sperchio tumidus seruabat Achilles.

Comæ alicuius, cum coma Achillis.

Exiguos secto comentem dente capillos Martial. lib. 12. Ep. 67.
Dicet Achilleas dispofuisse comas.

Comæ alicuius, cum coma Pelopis.

Nolueram, Polytime, tuos violare capillos: Mart. lib. 12. Ep. 68.
Sed iuuat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis eras modò, tonse Pelops, positisq́ nitebas
Crinibus, vt totum sponsa videret ebur.

COMBVRERE.

Comburentis scripta ingenij fetus, cum Althæa matre Meleagri.

Ouid. libro 1. Trist. Eleg. 6.

Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias, & melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis.

COMES, ET COMITATVS.

Comitatus Medeæ, cum comitatu Proserpinæ.

Valerius Flaccus libro 5.

His turbata minis, fluuios ripamq; petebat
Phasidis, æquali Scythidum comitante caterua.
Florea per verni qualis iuga duxit Hymetti,
Aut Sicula sub rupe choros. hinc gressibus hærens
Pallados, hinc caræ Proserpina iuncta Dianæ
Altior, ac nulla comitum certante, priusquam
Palluit, & viso pulsus decor omnis Auerno.

Comitis cum Phœnice.

Statius libro 3. Silu. 2.

——— *starem prope bellica regis*
Signa mei, seu tela manu seu frena teneres,
Armatis seu iura dares, operumq; tuorum
Etsi non socius, certè mirator adessem.
Sic quondam magno Phœnix reuerendus Achilli
Litus ad Iliacum Thymbræaq; Pergama venit
Imbellis, tumidoq; nihil iuratus Atridæ.

Co-

Comitatus Saufelli, cum comitatu Reguli.

Cinctum togatis pòst & antè Saufellum, Martial.
Quanta reduci Regulus solet turba, libro 2.
Ad alta tonsum templa cùm reum misit, Ep. 51.
Materne cernis? ———

COMETA.

Cometæ vnius cum altero.

Numquid vtrumq; polum, sicut solet, igne cruento Cal-
Spargit & ardenti scintillat sanguine lampas? phur-
At quondam non talis erat, cùm Cæsare rapto nius
Indixit miseris fatalia ciuibus arma. Ecl. 1.

COMPESCERE.

Compescentis iuuenes, cum Aeolo ventos compescente.

His tandem virtus iuuenum frenata quieuit: Statius
Non aliter, moto quàm si pater Æolus antro lib. 10.
Portam iterum saxo premat imperiosus, & omne versu
Claudat iter, iam-iam sperantibus æquora ventis. 240.

Compescentis gemitum & murmur, cum marginibus compescentibus flumen.

——— *gemitus vno Calmicus ademit* Corip.
Ora premens digito, dextraq; silentia fecit: libro 1.
Aggere non aliter quàm victo flumen inundans
In latos erumpit agros, si cautior illic

Marginibus sparsas erectis colligit vndas
Agricola, in sese refluus reuocabitur amnis;
Praecipites frenantur aquae, redit impetus omnis,
Et clausi bibula riui minuuntur arena.

COMPOS VOTI.

Compotis voti, cum Alpheo voti compote.

Statius Siluar. libro 1. in Epithalam. Stellae & Violantillae, v.202.

——— *cœptiq́ laboris*
Prendisti portus. tumidae sic transfuga Pisae
Amnis, in externos longè flammatus amores,
Flumina demerso trahit intemerata canali:
Donec Sicanios tandem prolatus anhelo
Ore bibat fontes, miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

CONARI.

Conantium eluctari, cum nauibus.

Statius lib. 6. Theb. v.481.

——— *luctantur abire iugales*
Nequidquam, frenosq́, & colla rigentia tendunt:
Vt Siculas si quando rates tenet aestus, & ingens
Auster agit, medio stant vela tumentia ponto.

Conantis hostes inuadere, cum lupo in ouilia irrumpere conante.

Virg. lib. 9. v.57.

——— *huc turbidus atque huc*
Lustrat equo muros, aditumq́, per auia quaerit:
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres,

Nocte super media; tuti sub matribus agni
Balatum exercent, ille asper & improbus ira
Sæuit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet;
Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.

Conantis euadere, cum apro tentante perrumpere vincula.

At ille, vt altis hispidus siluis aper, Seneca in Agamemn. v. 891.
Cum casse vinctus, tentat egressus tamen,
Arctatq; motu vincla, & incassum furit:
Cupit fluentes vndique & cæcos sinus
Disijcere, & hostem quærit implicitus suum.

Conantis euadere, cum Antæo ab Hercule presso.

Poplitibus, genua inde premens euadere nodos Statius libro 6. v. 887.
Nequidquã, & lateri dextram insertare parantem
Improbus, horrendum visu ac mirabile pondus
Sustulit. Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn. cum fraude reperta
Raptus in excelsum, nec iam spes vlla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta.

CONFVSIO.

Confusi exercitus, cùm balæna, cum naui fluctuante, &c. * Claud. lib. 2. in Eutrop. v. 47.

* *Non peditem præcedit eques, non commoda castris*

Eligitur regio: vicibus custodia nullis
Aduigilat vallo: non explorantur eundæ
Vitandæq́; viæ: nullo se cornua flectunt
Ordine: confusi passim per opaca vagantur
Lustra, per angustas ignoto tramite valles.
Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro
Fertur in abruptum casu, non sidere, puppis.
Sic ruit in rupes amisso pisce sodali
Bellua, sulcandas qui præuius edocet vndas,
Immensumq́; pecus paruæ moderamine caudæ
Temperat; & tanto coniungit fœdera monstra:
Illa natat rationis inops, & cæca profundi
Iam breuibus deprensa vadis, ignara reuerti
Palpitat, & vanos scopulis illidit hiatus.

CONGRATVLARI.

Congratulantium Principi, cum pullis hirundinum aduentante matre.

Corip. libro 4. ——— *viso tunc Consule plebes*
Plausibus assurgunt, & voces vocibus addunt.
Sic bene quæsitas vt pullis porrigat escas
Mitis hirundo redit, postquam sua tecta videndo
Garrula per patulas fuerit delata fenestras,
Matris in aduentum nido consurgit ab omni
Turba loquax, flagitantq́; cibos, fidæq́; parentis
Oribus ora petunt, & apertis faucibus adstant;
Illa sed impendens nidum circumspicit omnem,
Distribuitq́; pias, vt cunctos nutriat, escas.

CON-

CONIVGIVM.

Coniugij bene iuncti, cum cinnamis & nardo.

Claudia, Rufe, meo nubit peregrina Pudenti: Mart. lib. 4. Ep. 10.
Macte esto tedis, ô Hymenaee, tuis.
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Theseis tam bene vina fauis:
Nec meliùs teneris iunguntur vitibus vlmi,
Nec plus lotos aquas, litora myrtus amat.

CONQVERI.

Conquerentium, cum Philomela & Procne.

——— varijs nec non afflatibus ipsæ Statius lib. 12. versu 476.
Ogygias leges immansuetumq; Creonta
Multũ & vbiq; fremunt. Getica non plura querun- (tur
Hospitibus tectis trunco sermone volucres,
Cum duplices thalamos & iniquum Terea clamant.

CONSCIENTIA.

Conscientia excruciati, cum ægroto.

Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat, Iuuen. libro 5. Satyr. 13. v. 25.
Faucibus vt morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo: sed vina misellus
Exspuit. ———

Conſcientiæ tormenti, cum tormentis inferni.

Iuuen. libro 5. Satyr. 13.

Pœna autem vehemens, ac multo ſæuior illis
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

CONSILIVM.

Conſilium malum conſultori peſſimum, vt Buſiridi & Perillo contigit.

Claud. lib. 1. in Eutrop. v. 157.

Quàm bene diſpoſitum terris, vt dignus iniqui
Fructus conſilij primis auctoribus inſtet!
Sic multos fluuia vates arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem,
Inuentas primùm Buſiridis imbuit aras,
Et cecidit ſæui qui dixerat hoſtia ſacri.
Sic opifex tauri, tormentorumq; repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Senſit opus, docuitq; ſuum mugire iuuencum.

CONSVLATVS.

Conſulatus alicuius, cum iiſdem aliorum.

Martial. libro 8. Epig. 62.

Pompeio dederit licet ſenatus,
Et Cæſar genero ſacros honores,
Quorum pacificus ter ampliauit
Ianus nomina; Silius frequentes
Mauult hic numerare conſulatus.

CONTEMNERE.

Contemnentium frigus, cum lupo
& fluminibus.

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Virg. Ecl. 7. ver. 51.

Contemnentis verba alicuius,
cum caute.

Vt dura cautes vndique intractabilis
Resistit vndis, & lacessentes aquas
Longè remittit; verba sic spernit mea. Seneca in Hippolyto, v. 735.

Contemnentis parua, cum Ioue.

Vtq; Deos cælumq; simul sublime tenenti
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui:
Ex te tendentem sic dum circumspicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas. Ouid. lib. 2. Trist. v. 215.

Contemnentis amicorum alloquium,
cum mari.

Ille quoque affatus non mollius audit amicos,
Quam trucis Ionij rabies clamantia ponto
Vota virûm, aut tenues curāt vaga fulmina nimbos. Stat. l. 6. Theb. v. 50.

CONTENDERE.

Contendentium militum pro spolijs,
cum auibus.

——— furor omnibus idem Stat. l. 9. v. 25.
Tydeos inuisi spolijs raptoq; potiri

Corpore. Non aliter subtexunt astra catervæ
Incestarum auium, longè quibus aura nocentem
Aëra desertasq; tulit sine funere mortes.
Illò auidæ cum voce ruunt: sonat arduus æther
Plausibus, & cælo volucres cessere minores.

CONVICIARI.

Conuicium in Christum iactantis, cum hirco.

Sedulius. *Vnus enim quem vita ferox nec morte reliquit,*
In dominum scelerata mouens conuicia, dictis
Mordebat proprijs, & tamquam setiger hircus
Ore venenoso vitam lacerabat amœnam.

CONVIVIVM.

Conuiuij Cæsaris, cum Iouis conuiuio.

Martial. lib. 9. Epig. 72. *Ad cenam si me diuersa vocaret in astra*
Hinc inuitator Cæsaris, inde Iouis;
Astra licet propiùs, palatia longiùs essent,
Responsa ad superos hæc referenda darem:
Quærite qui malit fieri conuiua Tonantis;
Me meus in terris Iuppiter ecce tenet.

Conuiuij cum conuiuio Bistonum.

Statius lib. 2. Theb. v. 75. ——— *effusi passim per tecta, per agros,*
Serta inter, vacuosq; mero crateras, anhelum
Proflabant sub luce Deum. tum plurima buxus,
Æraq; taurinos sonitu vincentia pulsus.
Ipse etiam gaudens nemorosa per auia sanas

Im-

Impulerat matres Baccho meliore Cytharon.
Qualia per Rhodopen rapido conuiuia cœtu
Bistones aut mediæ ponunt conuallibus Ossæ.

Conuiuij Cæsaris, cum conuiuio Deorum in triumpho Gigantum.

Quanta Gigantei memoratur mensa triumphi, Martial. libro 8. Ep. 48.
Quantaq; nox Superis omnibus illa fuit,
Qua bonus accubuit genitor cum plebe Deorum,
Et licuit Faunis poscere vina Iouem;
Tanta tuas celebrant, Cæsar, conuiuia laurus:
Exhilarant ipsos gaudia nostra Deos.
Vescitur omnis eques tecum, populusq;, patresq;,
Et capit ambrosias cum duce Roma dapes.

Conuiuij alicuius, cum aliorum lautis conuiuijs.

Nam mihi non saliare epulum, non cœna dapalis, Auson. Ep. 30.
Qualem Penelopes nebulonum mensa procorum
Alcinoiq; habuit nitidæ cutis vncta iuuentus.

Conuiuij lauti, cum Deorum conuiuijs.

Quod sciat infelix damnatæ spongia virgæ, Martial, lib. 12. Ep. 39.
Vel quicumque canis, iunctaq; testa viæ:
Mullorum, leporumq;, & suminis exitus hic est,
Sulphureusq; color, carnificesq; pedes.
Non Albana mihi sit comessatio tanti,
Nec Capitolinæ Pontificumq; dapes:
Imputet ipse Deus nectar mihi, fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.

COR PVRVM.

Cordis puri, cum agro exculto.

Prudẽt. libro Ἀ'ποθε-ώσεως.

Sed simul & cordis segetem disponit, & agri;
Ne minùs interno niteant præcordia cultu,
Quàm cùm læta suas ostentant iugera messes:
Exstirpamus enim sentos de pectore vepres,
Ne vitiosa necent germen vitale flagella,
Ne frugem segetemq́, animæ spinosa malorum
Impediat sentis scelerum peccamine crebro,
Glarea ne tenuis ieiunis siccet arenis
Marcentem sub corde fidem, ne pectoris æstus
Flagret, & affectis vrat charismata venis.

CORVVS.

Corui cum alijs auibus.

Ouid. lib. 2. Metam.

Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales, vt æquaret totas sine labe columbas;
Nec seruaturis vigili Capitolia voce
Cederet anseribus, nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.
Pulchrior in tota quàm Larissæa Coronis
Non fuit Æmonia. ——

CRESCERE.

Crescentis furoris, cum vento crescente.

Valerius Flaccus libro 6.

Ac velut antè comas ac summa cacumina siluæ
Lenibus alludit flabris leuis Auster, at illum

Pro-

Protinus immanem miseræ sensere carinæ:
Talis ad extremos agitur Medea furores.

Crescentis ex proprio damno, cum ilice bipennibus cæsa.

Gens quæ cremato fortis ab Ilio Horat. lib. 4. Ode 4.
Iactata Tuscis æquoribus sacra,
Natosq́ue, maturosq́ue patres
Pertulit Ausonias ad vrbes:
Duris vt ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animumq́ue ferro.
Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem;
Monstrúmve submisere Colchi
Maius, Echioniæve Thebæ.

Crescentis amoris, cum scintilla.

Vtq́ue solet ventis alimenta assumere, quæq́ue Ouid. libro 7. Metam.
Parua sub inducta latuit scintilla fauilla
Crescere, & in veteres agitata resurgere vires:
Sic iam lenis amor, quem iam languere putares,
Vt vidit iuuenem, specie præsentis inarsit.

Crescentis feruoris, cum circulis in aqua dilatatis.

Signa reportandi crescebat in agmine feruor. Silius lib. 13.
Sic vbi perrumpit stagnantem calculus vndam,
Exiguos format per prima volumina gyros;
Mox tremulum vibrans motu gliscente liquorem,
Mul-

Multiplicat crebros sinuati gurgitis orbes,
Donec postremò laxatis circulus oris
Contingat geminas patulo curuamine ripas.

CRISTATVS.

Cristis ornatorum, cum quercubus frondosis.

Virg. lib. 9. v. 666. *Ipsi intus dextra ac læua pro turribus adstant*
Armati ferro, & cristis capita alta corusci:
Quales aëriæ liquentia flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

CRVCIFIXVS.

Crucifixi cum Prometheo.

Martial. in præludijs Epig. 6. *Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus*
Assiduam nimio pectore pauit auem;
Nuda Caledonio sic pectora præbuit vrso
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

CRVDELIS.

Crudelis cum leone.

Valer. Flac. lib. 6. *Tunc verò stabulis qualis leo sæuit opimis*
Luxurians, spargitq; famem, mutatq; cruores.
Sic neque parte ferox, nec cæde moratur in vna
Turbidus, inq; omnes pariter furit. ———

Cru-

Crudelitatis Antonij in Ciceronem interfectum, cum alijs victoribus minùs crudelibus.

Informes vultus, sparsamq́; cruore nefando Petron. Arbiter in Satyr.
Caniciem, sacrasq́; manus, operumq́; ministras
Tantorum, pedibus ciuis proiecta superbis
Conculcauit ouans, &c. ———
Hæc nec in Æmathio mitis victoria Perse,
Nec te, dire Syphax, nec fecit in hoste Philippō,
Inq́; triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Adfuerant, nostraq́; cadens ferus Hannibal ira,
Membra tamen Stygias tulit inuiolata sub vmbras.

Crudelis cum saxo, chalybe, & Symplegade.

——— *durior saxo horrido* Seneca in Herc. Oet. v. 1273.
Et chalybe vultus, & vaga Symplegade,
Rictus meos infregit, & lacrymam extulit.

Crudelis cum tigride.

Vtq́; feræ tigres numquam posuere furorem, Lucan. lib. 1.
Quas nemore Hyrcano, matrū dum lustra sequūtur,
Altus cæsorum pauit cruor armentorum:
Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum
Durat, Magne, sitis; nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.

Crudelis tyranni, cum tigribus & leonibus.

* *Vincam sæuos antè leones,* * Seneca in Octauia, v. 8.

Ti-

Tigresq́; truces, fera quam sæui
Corda tyranni.

Crudelis cum Busiride & Perillo.

Ouid. libro 3. Trist. Eleg. 11. v. 39.

Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo
Qui falsum lento torruit igne bouem;
Quiq́; bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.

Crudelis cum lupo.

Ouid. libro 5. Trist. Eleg. 7.

Sine homines, vix sunt homines hoc nomine digni,
Quamq́; lupi sæuæ plus feritatis habent.

Crudelis cum leone.

Seneca in Thyeste, v. 371.

Silua iubatus qualis Armenia leo
In cæde multa victor armento incubat,
Cruore rictus madidus, & pulsa fame
Non ponit iras; hinc & hinc tauros premens,
Vitulis minatur dente iam lasso piger:
Non aliter Atreus sæuit, atque ira tumet,
Ferrumq́; gemina cæde perfusum tenens,
Oblitus in quem fureret, infesta manu
Exegit vltra corpus. ———

Crudelis Vlyssis in puerum Astyanactã, cum varijs crudelitate infamibus.

Seneca in Troade, v. 1104.

Quis Colchus hoc, quis sedis incertæ Scytha
Commisit? aut quæ Caspium tangens mare
Gens iuris expers ausa? Non Busiridis
Puerilis aras sanguis adspersit feri;
Nec parua gregibus membra Diomedes suis
Epulanda posuit. ———

Cru-

Crudelis Stiliconis, cum alijs crudelibus.

Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiua prius, quam caperetur, erat.
Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,
Ante Sibyllinae fata cremauit Opis.
Odimus Althaeam consumpti funere torris,
Nisaeum crinem flere putantur aues:
At Stilico aeterni fatalia pignora regni
Et plenas uoluit praecipitare colos.
Omnia Tartarei cessent tormenta Neronis;
Consumat Stygias tristior umbra faces.
Hic immortalem, mortalem perculit ille:
Hic mundi matrem perculit, ille suam.

Rutilius Claud. libro 2. Itinerarij.

CVPIDITAS HABENDI.

Cupiditatis habendi, cum bellua insatiabili.

At sibi cum [illegible] nil collatura, cupido
In uetitum [illegible] compulsa recessit.
Quae, [illegible] bellua rictus,
Expleri [illegible] nunc [illegible] curas
Torquet [illegible], stimulis nunc flagrat amorum;
Nunc [illegible] nunc [illegible]; [illegible] rursus
Exoritur, caesaq; redit pollentius Hydra.

Claud. in Paneg. de 4. Consf. Honorij v. 248.

CVPRESSVS.

Cupressorum cum alijs eiusdem generis.

* *Tollebant geminae capita inuiolata cupressus*

F *Caespi-*

* Claud. libro 3. de Rap. v. 370.

Cespite vicino: quales non rupibus Idæ
Miratur Simois; quales non diuite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
Germanas adeo credas: sic frondibus æquis
Astant, & socio despectant vertice lucum.

CVRA.

Curarum alicuius, cum vaporibus Ætnæ.

Seneca in Hippol. v. 101. *Non me quies nocturna, non altus sopor*
Soluêre curis: alitur & crescit malum,
Et ardet intus, qualis Ætnæo vapor
Exundat antro. ———

CVRRERE.

Currentis, cum Aquilone.

Virg. lib. 3. Georg. v. 193. ——— *tum cursibus auras*
Prouocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena:
Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hiemes atque arida differt
Nubila; tum segetes altæ campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant siluæ, longiq; vrgent ad litora fluctus.

Currentis, cum saxo ex monte decurrente.

Virgil. lib. 12. v. 684. *Ac veluti montis saxum de vertice præceps*
Cum ruit auulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exsul-

Exultatq; solo, siluas, armenta, virosq;
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros. ———

Currentis hinc inde, cum hirundine
ædes peruolante.

Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes Virgil. lib. 12. v. 473.
Peruolat & pennis alta atria lustrat hirundo,
Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas,
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidoq; volans obit omnia curru.

Currentium equorum, cum amne,
hasta, vento, &c.

Mox vbi pulsato senserunt verbera tergo, Claud. libro 2. de Rap. v. 197.
Et solem didicere pati; torrentior amne
Hiberno, tortáque ruunt pernicius hasta:
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Austri,
Non leue sollicitæ mentis discurrit acumen.

Currentis currus, cum naui.

Vtq; labant curuæ iusto sine pondere naues, Ouid. libro 2. Metam.
Pérque mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto vacuos dat in aëre saltus,
Succutiturq; alte, similisq; est currus inani.

Currentis, cum naui impellente Borea.

——— *ita fertur, vt acta* Ouid. lib. 2. Metam.
Præcipiti pinus Borea, cui victa remisit
Frena suus rector, quam Dis votisq; reliquit.

Currentis huc, illuc, cum navi procellis exposita.

Valer. Flaccus lib. 4. ——— vi[illegible] de [illegible], cum [illegible] [illegible].
Hunc alternum, & illuc, semper [illegible],
Semper & in [illegible], & [illegible] [illegible],
Pr[illegible] reditu [illegible] qualis in [illegible]
Pleiade [illegible] [illegible] quem [illegible]
[illegible] rapidum [illegible] [illegible]
Intempestiva [illegible]. [illegible] pro[illegible]
Servat, & Oebalidae [illegible] caput [illegible].

Currentium, cum nimbo.

Virgil. libro 5. v. 315. ——— *signoque repente*
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt,
Effusi nimbo similes. ———

Currentis celerrimè, cum ventis & fulmine.

Virgil. lib. 5. v. 318. ——— *longeque ante omnia corpora Nisus*
Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis.

Currentis in fluvium, cum Castore.

Stat. l. 1. Achill. v. 178. *Protinus ille subit rapido quae proxima saltu*
Flumina, fumantesque genas crinemque [illegible]
Fontibus Eurotae: qualis [illegible] Castor anhelo
Intrat equo, fessumque sui iubar excitat astri.

Equi currentis, cum Hylaeo.

Stat. l. 4. Theb. v. 136. *Illum Palladia sonipes Nemeaeus ab arce*
Devehit arma pavens, umbraque immane volanti
Im-

[illegible] , [illegible] & [illegible] .
Non aliter [illegible] & [illegible] ingens
[illegible] Hylan [illegible]
[illegible] , [illegible] ferat,
[illegible]
[illegible] Peneia [illegible]
[illegible] .

Currentis, cum aquila.

——— nec [illegible] Statius libro 8. v. 3[illegible].
Accurrit, [illegible]
[illegible], & [illegible] umbra.

Currentis hinc inde, & furentis, cum ceruo vulnerata.

Vritur infelix Dido, totaque vagatur Virg. lib. 4. Æneid. v. 68.
Vrbe furens: qualis coniecta ceruа sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum
Nescius; illa fuga siluas saltusque peragrat
Dictæos, hæret lateri letalis arundo.

Currentis in flammas, cum Marte & Cyclope.

Protinus in [illegible] arcis Valerius Flaccus libro [illegible].
Æsonides, qualis [illegible] de pulvere Memnon
Intrat [illegible] Hebrum;
Aut niger ex [illegible]
[illegible] Cyclops

Currentis hinc inde, cum turbine.

* *Tum verò infelix ingentibus excita monstris,* * Virg. lib. 7. v. 376.

 Im-

Immenſam ſine more furit lymphata per vrbem;
Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent; ille actus habena
Curuatis fertur ſpatijs; ſtupet inſcia turba,
Impubeſq; manus, mirata volubile buxum;
Dant animos plagæ. Non curſu ſegnior illo
Per medias vrbes agitur, populoſq; feroces.

Currentis hinc inde, cum Mænade.

Senec. in *Incerta qualis entheos curſus tulit,*
Medea, *Cum iam recepto Mænas inſanit Deo,*
v. 382. *Pindi niualis vertice, aut Nyſæ iugis.*
Talis recurſat huc & huc motu effero,
Furoris ore ſigna lymphati gerens.

Currentium, cum torrente.

Ouid. *Ecce velut torrens vndis pluuialibus auctus,*
libro 2. *Aut niue quæ Zephyro victa tepente fluit,*
Faſtor.
v. 219. *Per ſata perq; vias fertur, nec, vt ante ſolebat,*
Riparum clauſas margine finit aquas:
Sic Fabij vallum latis diſcurſibus implent,
Quodque vident ſternunt, nec metus alter ineſt.

Currentis hinc inde, cum ſagitta, naui, ſtella.

Seneca *Vadit furenti ſimilis, atque etiam furit;*
in Theb. *Sagitta qualis Parthica velox manu*
v. 427. *Excuſſa fertur; qualis inſano ratis*
Premente vento rapitur; aut qualis cadit
Delapſa cælo ſtella, cum ſtringens polum,

Rectam

Re...m citatis ig...bus rumpit vincu...,
A...nito cursu fugit, & binas ...
D...uxit acies. ———

Currentium, cum equo.

——— atque ad sua praemia tendunt, Ouid. Epist. Heroidum 17.
Vt celer E... carcere missus equus.

Currentis celerrime, cum Euro.

Dat viris refouet... Deus: volat ocyor Euro. Statius libro 6. v. 521.
Ceu modo carceribus dimissus in arua solutis
Verberibusq. iubas, & terga ...it habenis,
Increpitans ...tumq; leuem, (...num j. niualem...

Currentis, cum fulmine & tigride.

Inde rapit cursus, & quae piger Apulus arua Lucan. libro 5.
Deseruit r...ris, & inerti tradidit herbae,
Ocyor & c...i flammis & tigride feta
T...ns...urui que tenens Minoia tecta
Br...ndisi..., cl...sas ventis brumalibus vndas
Inuenit, & pau...as hiberno sidere classes.

CVRRVS.

Currus rectore destituti, cum naui noctu tempestate iactata.

Tunc vero ingemuit currusq., orbisq, iugales. Statius lib. 7. v. 790.
Non aliter caeco nocturni turbine Cori
Stat peritura ratis, cum iam damnata sororis
Igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres,

CRVRVS.

Curuorum crurum cum cornibus Lunæ.

Martial. libro 2. Ep.28. *Cum sint crura tibi simulent quæ cornua Lunæ,*
In rhytio poteras, Phœbe, lauare pedes.

Curuæ caudæ cum Luna.

Ouid. lib. 3. Metam. ——— *falcata nouissima cauda est,*
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

CITHAROEDVS.

Arionis Citharœdi cum Apolline.

Ouid. libro 2. Fastor. v.91. *Cynthia sæpe tuis fertur, vocalis Arion,*
Tamquam fraternis obstupuisse modis.

DAMNVM.

Damni à coniuge accepti, cum aliis minoribus acceptis etiam ab [illegible].

Ex incerto Auct. *O multa di[illegible] per [illegible],*
Quæ corpore [illegible]!
Nec mihi Iunonis [illegible] templi [illegible],
Nec [illegible],
Quantum [illegible].

DEFENDERE.

Defendentis alterum, cum leone catulos defendente.

* Valer. Flacc. lib. 6. * *At vero ingentem Telamon procul [illegible] orbem,*
Exu-

[illegible] Camilla [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Defendentem urbem, [illegible]

[illegible] Virgil. lib. 12.
[illegible] possit 516.
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Defendentem [illegible], cum [illegible]

[illegible] fuebant. Silius lib. 12.
[illegible]
[illegible] saxi quos vertice [illegible]
[illegible] ad culmina [illegible]
[illegible], propinquus hiatu.
[illegible] fulmina [illegible]
[illegible] orbem.

Defensi à Deo, cum Daniele.

S[illegible] Prudét. libro Καθημερινῶν.
[illegible]
C[illegible], Pater, [illegible]
[illegible]
Inter [illegible]
[illegible]

De[illegible] fulcro. Ouid. libro 1. Trist. Eleg. 5.
Te mea [illegible] est:
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.

Defensoris, cum Cæsare.

Ouid. lib. 5. Trist. Eleg. 9. *Cæsaris est primum munus, quod ducimus auras:*
Gratia post magnos est tibi habenda Deos.
Ille dedit vitam: tu, quam dedit ille, tueris,
Et facis accepto munere posse frui.

DEFESSVS.

Defessi, cum Marte.

Valerius Flaccus libro 4. *Nec sua defessum noscunt loca, nec sua Regem*
Agmina; respirant ambo, paullúmque reponunt
Brachia: ceu Lapithas aut Paonas æquore in ipso
Cum respexit, fixáq; silet Gradiuus in hasta.

Defessi, cum Cyclopibus laborantibus.

Valerius Flaccus lib. 4. *Hunc pudor, hunc noto iam spes audentior hoste*
Instimulat, fumant crebro præcordia pulsu,
Auia responsant gemitu iuga: peruigil ut cum
Artificum notat ipse manus & fulmina Cyclops
Prosubigit, pulsis trepidant incudibus vrbes.

Defessorum, cum Hercule & Theseo ab inferis redeuntibus.

Valerius Flaccus lib. 4. *Tunc fessas posuere manus, tunc arida anheli*
Pectoris discussa quales formidine Auerni
Alcides, Theseusq; comes, pallentia iungunt
Oscula, vix primis amplexi luminis oris.

Defessi pugnando & vincendo, cum tigride.

* Stat. lib. 10. v. 280. * ——— *iam tarda manus, iam debile ferrum,*

Et

[illegible] bus ira.
C[illegible] alius magnorum in ſtrage iuuencum,
Tygris, vbi immenſo rabies pacata cruore,
L[illegible]itq; genas, & craſſo ſordida tabo
Confudit maculas, ſpectat, ſua facta, doletq́;
Deiectuſq; famem. victus ſic augur inerrat
Cædibus donijs. ———

Defeſſi, cum aſino.

Demitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus,
Cum grauius dorſo ſubijt onus. ——— Horat. lib. 1. Serm. Sat. 9.

D E L I C I Æ.

Deliciarum varietas gratiſſima homini, ſicut tauro mutatio paſcuorum, &c.

Nolo ego ſemper idem capiti ſuffundere coſtum, Petron. Arbiter.
Nec toto ſtomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle,
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.
Ipſa dies adeo nos grato perluit hauſtu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

Delicijs homines capiuntur, vt aues eſca, viſco, & laqueis.

Haud ſecus, ac ſi olim per ſudum lactea fortè Prudēt. libro Hamartigeniæ.
Lapſa columbarum nubes deſcendat in aruum
Ruris frugiferi, laqueos vbi callidus auceps
Prætendit, lentoq; illeuit vimina viſco,
Sparſit & inſidias ſiliquis, vel farre doloſo,
Illiciunt alias fallentia grana, gulamq́;

In-

Innectunt [illegible]
Molle vel [illegible] gluten [illegible],
Ast aliae, quas nullus amor [illegible],
Gressibus innocuis [illegible] in herbis,
Suspectumque cavent oculos convertere ad escam.
Mox, ubi iam caelo reuolandum, pars [illegible]
Libera sideream, plaudens super aëra pennis;
Pars captiua iacet, laceris & [illegible] plumis
Pugnat humi, & volucres nequidquam [illegible].
Sic animas caeli de fontibus unicolores
Infundit natura solo; sed [illegible]
Deuinctae illecebris retinentur, & aethera [illegible]
Conscendunt reduces; multas [illegible]
Pastus, & ad superos percurrere non sinit [illegible].

DESERTVS.

Deserti à suis, cum a se ab orbibus deserto.

Valer. Flaccus lib. 7. *Fixerat ille gradus, totoque ex agmine solus*
Stabat, ut extremis desertus ab orbibus axis,
Quem iam lassa dies, Austrique ardentis arena,
Aut quem R[illegible] exstantem rursus ad arces
Nix & caerulei Boreae ferus abstulit horror.

DESIDERATVS.

Desiderati ducis, cum matre praesentiam filij desiderante.

Horat. Carm. lib. 4. Ode 5. *Ut mater iuvenem, quem Notus invido*
Flatu Carpathij trans maris aequora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet a domo;

Va-

[illegible] & precibus vocat,
[illegible] littore demouet:
Sic [illegible] fidelibus
Quaerit [illegible] Caesarem.

Deſiderantium hoſtis abſceſſum, cum nauta in tempeſtate conſtituto, qui tantum deſiderat tempeſtatis remiſſionem.

——— cuncti praeſtare videntur Silius lib.17.
Quòd ſponte abſcedat ſuperi, tandemq́; reſoluat
Auſoniam, ventos optent, & littora ab hoſte
Tuta videre ſat eſt: ceu flamina comprimit Auſter
Cum fera, & abſcedens reddit mare, nauita parco
Interea voto non auras poſcit amicas,
Contentus caruiſſe Noto, pacemq́; quietam
Pro facili curſu reputat ſalis.

DEVOTVS.

Deuoti alicuius obſequio, cum regnis quae regibus ſubiacent.

Quàm tua Trinacria eſt, regnataq́; terra Philippo, Ouid. lib.4. de Ponto, Eleg.15.
Quam domus Auguſto continuata foro;
Quam tua rus oculis domini Campania gratum,
Quaeq́; relicta tibi, Sexte, vel empta tenes;
[illegible] tuus [illegible], cuius te munere triſti
Non potes in Ponto dicere habere nihil.

DEVS.

DEVS.

Deorum negligentia grauiter punitur, vt Meleager, Agamemnon, Hippolytus.

Ouid. libro 5. Fastor. v. 303.

At si negligimur, magnis iniuria pœnis
Soluitur, & iustum præterit ira modum.
Respice Thestiaden: flammis absentibus arsit,
Caussa est, quod Phœbes ara sine igne fuit.
Respice Tantaliden: eadem Dea tela tenebat;
Virgo est, & spretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infelix, velles coluisse Dionen,
Cum consternatis diriperere equis.

Deus ex nihilo omnia creat, secus ac sculptor.

Prudét. libro Ἀποθεώσεως.

——— non sicut sculptor ab arte
Rudere decoctum consueuit fingere massam,
Sed Deus omnipotens orbem sine semine finxit.

Deus quamlibet animam homini infundere potest, vt homo quemlibet spiritum emittere.

Prudét. libro Ἀποθεώσεως.

Perspice quam varios fundamus ab ore vapores,
Spiramus quoties animæ afflabiles auras.
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat,
Rorantes nebulas vdis de faucibus efflans;
Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus exsistit tenuis, & sibilat aer.
Adde & distinctum quem musica tibia flatum

Con-

ncipit: aut ille est presso modulamine parcus,
ut tumidum largo sublimat flamine bombum,
ut raucos frangit modulos, aut lenè susurrat,
ut exile trahens sonitus producit acutos,
ut murmur tenerum subsidit voce minuta.
ec cùm te videas mortali in corpore posse,
r non æternum potuisse infundere credas
ualem animam voluit? ———

D I F F E R R E.

Differentis iram, cum serpente.

——— *sic iurgia paullum* Statius
stulit, atque ensem, quem iam dabat ira, repressit. lib. 11.
us vt incerto pastoris vulnere serpens v.308.
igitur gyro, longúmq; è corpore toto
rus in ora legit; paulùm si deuius hostis
rsit iter, cecidere minæ, tumefactáq; frustra
la sedent, irasq; sui bibit ille veneni.

D I G E S T I O.

igestionis ciborum, cum lignis in ignem conuersis.

o omneis natura cibos in corpora viua Lucret.
tit, & hinc sensus animantum procreat omneis; libro 2.
n alia longe ratione, atque arida ligna
plicat in flammas, & in igneis omnia versat.

D I R I M E R E. *

Dirimentis pugnam, cum Neptuno sedante tempestatem. * Statius libro 5.
Alipedum curru sed enim sublimis Adrastus Theb.
Secum v.699.

Colle vicino : quales non rupibus Idæ
Miratur Simois ; quales non diuite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes ;
Germanas adeo credas : sic frondibus æquis
Adstant, & socio despectant vertice lucum.

CVRA.

Curarum alicuius, cum vaporibus Ætnæ.

Seneca in Hippol. v. 101.
Non me quies nocturna, non altus sopor
Soluêre curis : alitur & crescit malum,
Et ardet intus, qualis Ætnæo vapor
Exundat antro. ———

CVRRERE.

Currentis, cum Aquilone.

Virg. lib. 3. Georg. v. 193.
——— *tum cursibus auras*
Prouocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena :
Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hiemes atque arida differt
Nubila ; tum segetes altæ campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant siluæ, longiq; vrgent ad litora fluctus.

Currentis, cum saxo ex monte decurrente.

Virgil. lib. 12. v. 684.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Cum ruit auulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,

Exsul-

Exultatq; solo, siluas, armenta, virosq;
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros. ———

Currentis hinc inde, cum hirundine
ædes peruolante.

Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes Virgil.
Peruolat & pennis alta atria lustrat hirundo, lib. 12.
Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas, v. 473.
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidoq; volans obit omnia curru.

Currentium equorum, cum amne,
hasta, vento, &c.

Mox vbi pulsato senserunt verbera tergo, Claud.
Et solem didicere pati; torrentius amne libro 2.
Hiberno, tortáque ruunt pernicius hasta: de Rap.
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Austri, v. 197.
Non leue solicitæ mentis discurrit acumen.

Currentis currus, cum naui.

...q; labant curuæ iusto sine pondere naues, Ouid.
...rque mare instabiles nimia leuitate feruntur: libro 2.
... onere insueto vacuos dat in aëre saltus, Metam.
...ccutiturq; alte, similisq; est currus inani.

Currentis, cum naui impellente Borea.

——— *ita fertur, vt acta* Ouid.
...cipiti pinus Borea, cui victa remisit lib. 2.
...a suus rector, quam Dis votisq; reliquit. Metam.

Currentis huc, illuc, cum heu procellæ [illegible]

Valer. Flaccus lib. 4. ——— *velut ille [illegible] cum [illegible] & armis,*
Huc alterna, & huc, [illegible],
Semper & in [illegible], & [illegible] pulvere [illegible].
P[illegible] redit: [illegible] qualis in [illegible]
Pleiades [illegible],
[illegible] rapidis [illegible] certantibus [illegible]
Intemeratum secat. [illegible] prom[illegible]
Servat, & Oebalia [illegible] caput er[illegible] arte.

Currentium, cum nimbo.

Virgil. libro 5. v. 315. ——— *signoque repente*
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt,
Effusi nimbo similes. ———

Currentis celerrime, cum ventis & fulmine.

Virgil. lib. 5. v. 318. ——— *longeque ante omnia corpora Nisus*
Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis.

Currentis in fluuium, cum Castore.

Stat. l. 1. Achill. v. 178. *Protinus ille subit rapido quæ proxima saltu*
Flumina, fumantesque genas crinemque [illegible]
Fontibus Eurotæ: qualis vada Castor anhelo
Intrat equo, fessumque sui iubar exuit astri.

Equi currentis, cum Hylæo.

Stat. l. 4. Theb. v. 136. *Illum Palladia sonipes Nemeæus ab arce*
Deuehit arma pauens, umbraque immane volanti

Im-

[illegible] *pennis remigium* [illegible],
Non aliter [illegible] & *unaque respiciens*
[illegible] *Hylen ab astris*
Prospicit; paulo Ossa [illegible], [illegible]
[illegible] *si turbine* [illegible]
[illegible] *Peneia saltu*
[illegible].

Currentis, cum aquila.

——— [illegible]
Accurrit, [illegible]
Innuit, & [illegible] *umbra*. — Statius libro 8. [illegible]

Currentis hinc inde, & furentis, cum cerva vulnerata.

Vritur infelix Dido, [illegible]
Vrbe furens: [illegible],
Quam procul [illegible] *Cressia fixit*
Pastor agens telis, [illegible]
Nescius; [illegible]
Dictaeos, *haeret lateri letalis arundo*. — Virg. lib. 4. Æneid. v. [illegible]

Currentis in fluvium, cum Marte & Cyclope.

Protinus in [illegible]
Æsonides [illegible] *Mavors*
Intrat equis, [illegible];
Aut niger ex [illegible]
[illegible] & [illegible] *Cyclops*. — Valerius Flaccus libro [illegible]

Currentis hinc inde, cum turbine.

* *Tum vero infelix ingentibus excita monstris*, — * Virg. lib. 7. v. 376.

Immensam sine more furit lymphata per vrbem.
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent; ille actus habena
Curuatis fertur spatijs; stupet inscia turba,
Impubesq; manus, mirata volubile buxum;
Dant animos plagæ. Non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populosq; feroces.

Currentis hinc inde, cum Mænade.

Senec. in Medea, v. 382. *Incerta qualis entheos cursus tulit,*
Cùm iam recepto Mænas insanit Deo,
Pindi niualis vertice, aut Nisæ iugis:
Talis recursat huc & huc motu effero,
Furoris ore signa lymphati gerens.

Currentium, cum torrente.

Ouid. libro 2. Fastor. v. 219. *Ecce velut torrens vndis pluuialibus auctus,*
Aut niue quæ Zephyro victa tepente fluit,
Per sata perq; vias fertur, nec, vt ante solebat,
Riparum clausas margine finit aquas:
Sic Fabij vallum latis discursibus implent;
Quódque vident sternunt, nec metus alter inest.

Currentis hinc inde, cum sagitta, naui, stella.

Seneca in Theb. v. 427. *Vadit furenti similis, atque etiam furit,*
Sagitta qualis Parthica velox manu
Excussa fertur; qualis insano ratis
Premente vento rapitur; aut qualis cadit
Delapsa cælo stella, cùm stringens polum,

Rectam

Rectam citatis quibus rumpit viam,
Attonito cursu fugit, & binas plaustro
Diduxit acies. ———

Currentium, cum equo.

——— *atque ad sua præmia tendunt,* Ouid. Epist. Heroidum 17.
Vt celer Eleo carcere missus equus.

Currentis celerrime, cum Euro.

Dat vires refouetq; Deus. volat ocyor Euro. Statius libro 6. v. 521.
Ceu modo carceribus dimissus in arua solutis
Verberibusq; iubas, & terga lacessit habenis,
Increpitans Scythicumq; bouem, Cycnumq; niualem.

Currentis, cum fulmine & tigride.

Inde rapit cursus, & quæ piger Apulus arua Lucan. libro 5.
Deseruit rastris, & inerti tradidit herbæ,
Ocyor & cæli flammis & tigride feta
Transcurrit; curuique tenens Minoia tecta
Brundisij, clausas ventis brumalibus vndas
Inuenit, & pauidas hiberno sidere classes.

CVRRVS.

Currus rectore destituti, cum naui noctu tempestate iactata.

Tunc verò ingemuit currusq;, orbisq;, iugales. Statius lib. 7. v. 792.
Non aliter cæco nocturni turbine Cori
Stat peritura ratis, cum iam damnata sororis
Igne Therapnæi fugerunt carbasa fratres,

CURVUS.

Curuorum crurum cum cornibus Lunæ.

Martial. libro 2. Ep. 28.
Cum sint crura tibi simulent quæ cornua Lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lauare pedes.

Curuæ caudæ cum Luna.

Ouid. lib. 3. Metam.
——— *falcata nouissima cauda est,*
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

CITHAROEDVS.

Arionis Citharœdi cum Apolline.

Ouid. libro 2. Fastor. v. 91.
Cynthia sæpe tuis fertur, vocalis Arion,
Tamquam fraternis obstupuisse modis.

DAMNVM.

Damni à coniuge accepti, cum aliis minoribus acceptis etiam ab infestissimis.

Ex incerto Auct.
O multa dictu grauia, perpessu aspera,
Quæ corpore exanclato atque animo pertuli!
Nec mihi Iunonis terror implacabilis,
Nec tantum inuexit tristis Eurystheus mali,
Quantum una vecors Oenei partu edita.

DEFENDERE.

Defendentis alterum, cum leone catulos defendente.

* Valer. Flaccus lib. 6.
* *At vero ingentem Telamon prosul[illegible] orbem,*

Era-

Exemplo, cum te, Cimbe, tegente, cen [illegible]
Bis [illegible] post [illegible]
[illegible]
Septeno [illegible]

Defensio [illegible] vrbem, cum apibus.

Arma ferunt alii, & pergunt defendere muros: Virgil. lib. 12. vers. 586.
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoq; impleuit amaro;
Illae intus trepidae rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisq; acuunt stridoribus iras.

Defendentium ciuitatem, cum aquila nidum defendente.

Sed subitae muros flammae, [illegible] Silius lib. [illegible]
[illegible]
Haud secus, [illegible] quos vertice [illegible]
Alis fulua [illegible] ad culmina nisi
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Defensio Dei, cum Daniele.

Sed nocte in gremio [illegible] Prudent. libro Καθημερινῶν.
[illegible]
Confirma, [illegible]
[illegible]
Inter [illegible]
[illegible]

Defensio, cum fulcro. Ouid. libro 1. Trist. Eleg. 5.

Te mea supposita veniens [illegible] fulta ruina est:
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.

Defensoris, cum Cæsare.

Ouid. lib. 5. Trist. Eleg. 9. *Cæsaris est primum munus, quod ducimus auras:*
Gratia post magnos est tibi habenda Deos.
Ille dedit vitam: tu, quam dedit ille, tueris,
Et facis accepto munere posse frui.

DEFESSVS.

Defessi, cum Marte.

Valerius Flaccus libro 4. *Nec sua defessum noscunt loca, nec sua Regem*
Agmina; respirant ambo, paullumque reponunt
Brachia: ceu Lapithas aut Paonas æquore in ipso
Cum resonet fixaq; silet Gradiuus in hasta.

Defessi, cum Cyclopibus laborantibus.

Valerius Flaccus lib. 4. *Hunc pudor, hunc noto iam spes audentior hoste*
Instimulat, fumant crebro præcordia pulsu,
Ante respensant gemitu iuga: peruigil vt cum
Artificum non ..... manus & fulmina Cyclops
Prosubegit, pulsis trepidant incudibus vrbes.

Defessorum, cum Hercule & Theseo ab inferis redeuntibus.

Valerius Flaccus lib. 4. *Tunc fessas posuere manus, tunc arida anheli*
Pectora: discussa quatas formidine Auerni
Alcides, Theseusq; comes, pallentia iungunt
Oscula, vix primis amplexi luminis oris.

Defessi pugnando & vincendo, cum tigride.

* Stat. lib. 10. v. 280. * ——— *iam tarda manus, iam debile ferrum,*
Et

[illegible]
Cuius non aliter magnarum in [illegible] iuuencum
Tygris, vbi immenso rubuit pacata cruore,
Lassauitq; genas, & crasso sordida tabo
Confudit maculas, spectat, sua facta, doletq;
Deiecisse feram. tantus sic augur inter
Cædibus Aonijs. ———

Defessi, cum asino.

Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus, Horat. lib. 1. Serm. Sat. 9.
Cum grauius dorso subijt onus. ———

D E L I C I Æ.

Deliciarum varietas gratissima homini, sicut tauro mutatio pascuorum, &c.

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum, Petron. Arbiter.
Nec toto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle,
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

Delicijs homines capiuntur, vt aues esca, visco, & laqueis.

Haud secus, ac si olim per sudum lactea forte Prudẽt. libro Hamartigeniæ.
Lapsa columbarum nubes descendat in aruum
Ruris frugiferi, laqueos vbi callidus auceps
Prætendit, lentoq; illeuit vimina visco,
Sparsit & insidias siliquis, vel farre doloso,
Illiciunt alias fallentia grana, gulamq;

In-

Innectunt auidam tortacrtam ... sete,
Molle vel implicitas gluten circumligat alas;
Ast aliæ, quas nullus amor prolectat edendi,
Gressibus innocuis sterili spatiantur in herba,
Suspectumq; cauent oculos conuertere ad escam:
Mox, vbi iam cælo reuolandum, porrigunt alam,
Libera sideream, plaudens super aëra pennis:
Pars captiua iacet, laceris & saucia pinnis
Pugnat humi, & volucres nequidquã suscipit alas.
Sic animas cæli de fontibus vnicolores
Infundit natura solo; sed ... ille
Deuinctæ illecebris retinentur, & ... ponere
Conscendunt reduces: multas vi ... mensa
Pastus, & ad superas ... rete non finit ...

DESERTVS.

Deserti a suis, cum aue ab orbibus deserto.

Valer. Flaccus lib. 7.

Fixerat ille gradus, totoq; ex agmine solus
Stabat, vt extremis desertus ab orbibus ales,
Quem iam lassa dies, Austriq; ardentis urget,
Aut quem Riphææ exstantem rupis ... ,
Nix & cærulei Boreæ ferus abstulit horror.

DESIDERATVS.

Desiderati ducis, cum matre præsentiam filij desiderante.

Horat. Carm. lib. 4. Ode 5.

Vt mater iuuenem, quem Notus inuido
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem spatio longius annuo
Dulci detinet a domo;

Fla-

Votis ominibusque, & precibus vocat,
Curuo nec faciem litore demouet:
Sic desideriis icta fidelibus
Quaerit patria Caesarem.

Desiderantium hostis abscessum, cum nauta in tempestate constituto, qui tantum desiderat tempestatis remissionem.

—— cunctis [illegible] videmur Silius lib. 17.
Quod sponte abscedat superis, [illegible] relinquat
Ausoniam, [illegible], & litora ab hoste
Tuta videre sat est: ceu flamina comprimat Auster
Cum fessis, & abscedens reddit mare, nautis [illegible]
Interea vero non [illegible] posuit [illegible],
Contentus cessisse Noto, pacemque quietam
Pro [illegible] capere salo.

DEVOTVS.

Deuoti alicuius obsequio, cum regni, quae [illegible] subiacent.

Quam tua Trinacria est, regnataque terra Philippo, Ouid. lib. 4. de Ponto, Eleg. 15.
Quam domus Augusto continuata foro;
Quamque tua [illegible] gratum,
Quaeque relicta tibi, Sexte, vel empta tenes;
Tam tuus en ego sum, cuius te munere tristi
Non potes in Ponto dicere habere nihil.

Tonitru : aut ille est presso modulamine parcus,
Aut tumidum largo sublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lenè susurrat,
Aut exile trahens sonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum subdit voce minuta.
Hæc cum te videas mortali in corpore posse,
Cur non æternum potuisse infundere credas
Qualem animam voluit ? ———

DIFFERRE.

Differentis iram, cum serpente.

——— *sic iurgia paullum* Statius
Distulit, atque ensem quem iam dabat ira, repressit. lib. 11.
Ictus ut incerto pastoris vulnere serpens v. 308.
Erigitur gyro, longúmque è corpore toto
Virus in ora legit; paullum si deuius hostis
Torsit iter, cecidere minæ, tumefactáque frustra
Colla sedent, irasque sui bibit ille veneni.

DIGESTIO.

Digestionis ciborum, cum lignis in ignem conuersis.

Ergo omneis natura cibos in corpora viua Lucret.
Vertit, & hinc sensus animantum procreat omneis; libro 2.
Non alia longè ratione, atque arida ligna
Explicat in flammas, & in igneis omnia versat.

DIRIMERE. *

Dirimentis pugnam, cum Neptuno sedante tempestatem.

* *Alipedum curru sed enim sublimis Adrastus* * Statius libro 5. Theb. v. 699.
Secum

[illegible] frons [illegible] I [illegible]
[illegible], & [illegible] placuere [illegible].
[illegible] I [illegible]
[illegible], [illegible] flammis [illegible].
[illegible]
Hinc [illegible], illinc [illegible].
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Et [illegible] plena [illegible], & [illegible].

D I S C E D E R E.

Discedentes re male gesta, cum Phitone cum illi ultima sors obtigisset.

Statius lib. 11. Theb.

——— [illegible],
[illegible] Tuba, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] calo.
Non tamen [illegible]
[illegible] in scelere, & [illegible] fortuna [illegible] est.

Discedentibus, cum ellis maris.

Claud. in II [illegible]

Hic [illegible]
Hunc [illegible]
[illegible] lumina [illegible],
Qui [illegible]
[illegible],
[illegible],
[illegible] refulget.

Sic tum vestibuli linquentes regia tecta,
Ad se quisque vago passim pede discedebant.

Discedentis cum dolore, cum leone frustrato præda.

——— *nec plura locutus* Claud. libro 1. in Ruf.
Flexit iter: vacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo, quem plurima cuspis
Et pastorales pepulerunt igne cateruæ;
Inclinatq́; iubas, demissaq́; lumina velat,
Et trepidas mæsto rimatur murmure siluas.

DISCERE.

Discentis facilè, cum Achille.

Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum, Claud. de 3. Conf. Honor. v. 59.
Hæc exempla dabat. non ocyùs hausit Achilles
Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes,
Siue lyræ cantus, medicas seu disceret herbas.

DISCORDES.

Discordium fratrum, cum iuuencis aratrum trahentibus.

Sic vbi delectos per torua armenta iuuencos Statius libro 1. Theb. v. 136.
Agricola imposito sociare affectat aratro;
Illi indignantes, quis nondum vomere multò
Ardua nodosos ceruix descendit in armos,
In diuersa trahunt, atque æquis vincula laxant
Viribus, & vario confundunt limite sulcos:
Haud secus indomitos præceps discordia fratres

Asperat. alterni placuit sub legibus anni
Exsulio mutare ducem.

Discordię alicuius, cum discordia luporum & agnorum.

Horat. l. Epod. Ode 4.

Lupis & agnis quanta sortitò obtigit,
Tecum mihi discordia est.

Discordium, cum ventis contrarijs.

Statius lib. 11. v. 113.

Talia partita diuersùm abiere sorores:
Vt Notus & Boreas gemino de cardine mundi,
Hic niue Riphæa, Libycis hic pastus arenis,
Bella cient, clamant amnes, freta, nubila, siluæ,
Iámque patent strages, plangunt sua damna coloni,
Et tamen oppressos miserantur in æquore nautas.

DISCRIMEN VERI & FALSI.

Discrimen veri & falsi ignorantis, cum ignorante discrimen Sidonij & Aquinatis coloris.

Horat. lib. 1. Epist. ad Fuscum Arist.

Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiúsve medullis,
Quam qui non poterit vero distinguere falsum.

DISCVRRERE.

Discurrentium per siluas, cum apibus.

Corip. libro 4.

Densa per antiquas discurrunt agmina siluas:
More apiũ, quas ver tepidum noua condere castra
Et munire fauos ceris iubet æthere captos;
Densa per herbosos errant examina campos,

Flo-

Floribus insidunt varijs, roremq́ madentem
Ore legunt, onerantq́ humeros, cerasq́ liquentes
Conficiunt, dulcesq́ lares in pumice figunt,
Incumbunt operi, gratisq́ laboribus instant.

DISPERSVS EXERCITVS.

Dispersi exercitus, cum igne sparso.

Ac Tartessiacas profugi sparguntur in oras. Silius lib. 17.
Pars Batti petiere domos, pars flumina Lagi.
Sic vbi vi cæca tandem deuictus ad astra
Euomuit pastos per sæcula Vesbius ignes,
Et pelago & terris fusa est Vulcania pestis,
Videre Eoi monstrum admirabile Seres,
Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.

DISPONERE.

Dispositionis arborum, cum dispositione militum in acie.

Ut sæpe ingenti bello, cùm longa cohortes Virgil. libro 2. Georg. v. 279.
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq́ acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, necdum horrida miscent
Prœlia, sed dubius medijs Mars errat in armis:
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum;
Non animum modò vti pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt se extēdere rami.

Disponentis aciem, cum pastore gregem disponente.

——— *sic fatus, & omnia rite* Statius libro 7. v. 390.
Disponit, qui bella gerant, qui mœnia seruent,

Quas in fronte manus, medio quas robore sistat.
Perspicuas sic luce fores & virgea pastor
Claustra leuat: dum terra recens iubet ordine primos
Ire duces, media stipantur plebe maritæ;
Ipse leuat grauidas, & humum tactura parentum
Vbera, succiduasq; apportat matribus agnas.

DISSIMVLARE.

Dissimulantis timores, cum Hercule flammas dissimulante.

Statius lib. 11. v. 231.
Diffugiunt famuli, & regem solatur haruspex,
Ipse instaurari sacrum, malè fortis, agiq;
Imperat, & magnos ficto premit ore timores:
Qualis vbi implicitum Tirynthius ossibus ignem
Sensit, & Oeteas membris accedere vestes.

Dissimulantis se scire cladem acceptam & instans malum, cum struthiocamelo.

Claud. libro 2. in Eutr. v. 304.
Eutropius, nequeat quamuis metuenda taceri
Clades, & trepidus vulgauerit omnia rumor,
Ignorare tamen fingit, regniq; ruinas
Dissimulat, paruamq; latronum errare cateruam
Ad fontes; tormenta magis quàm tela parari;
Nec duce frangendas iactat, sed iudice, vires:
Vasta velut Libyæ venantum vocibus ales
Cùm premitur, calidas cursu transmittit arenas,
Inq; modum veli sinuatis flamine pennis
Puluerulenta volat; si iam vestigia retro
Clara sonent, oblita fugæ stat lumine clauso
Ridendum reuoluta caput, creditq; latere
Quæ non ipsa videt. ———

Dis-

Diſſimulantis ſe Deam humana ſpecie, cum Hercule apud Omphalen penſa trahente.

——— deſcendunt veſtes, toruiſq; ligatur Statius lib. 10. Theb. v. 639.
Vitta comis, (nam laurus erat) tamen aſpera prodũt
Ora deam, nimiiq; gradus. ſic Lydia coniux
Amphytrioniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus,
Et turbare colus, & tympana rumpere dextra.

DISSIMILES.

Diſſimilium, cum alijs diſſimilibus.

An vultu ſimiles videmur eſſe? Martial. lib. 10. Ep. 58.
Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hiſpanis ego contumax capillis.
Leuis dropace tu quotidiano,
Hirſutis ego cruribus geniſq;.
Os blæſum tibi debiliſq; lingua eſt,
Nobis filia fortiùs loquetur.
Tam diſpar aquilæ columba non eſt,
Nec dorcas rigido fugax leoni.

DISTANTIA.

Diſtantiæ ſiue ſpatij, cum alia diſtantia.

——— vt Cæſaris arma Lucan. libro 6.
Laxet, & effuſo claudentem milite tendat:
Ac tantum ſepti vallo ſibi vindicat agri,
Parua Mycenæa quantum ſacrata Dianæ
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

Diſtantiæ Solis ab hominibus, cum diſtantia conuexi cæli à terra.

Cicero in Poëmatibus.

Hæc Sol æterno conueſtit lumine luſtrans,
Annua conficiens vertentia tempora curſus,
Hic quantus terris conuexus pellitur orbis,
Tantundem ille patens ſupra mortalibus exſtat.

Tantum diſtant pij ab improbis, quantum carcer à Capitolio.

Prudẽt. libro Α᾽ποθεώσεως.

Haud aliter Solis radijs cùm luminat omnes
Diffuſo ſplendore locos, ferit aurea tecta,
Sed ferit & nigro ſordentia culmina fumo:
Intrat marmoribus Capitolia clara, ſed intrat
Carceris & rimas, & tetra foramina clauſi
Stercoris, & ſpurcam redolent in fornice cellam.
Sed non illud erunt obſcura ergaſtula, quod ſunt
Regia gemmato laquearia fulua metallo.
Nempe magis non illud erunt, qui numen in vrnis
Quærunt ac tumulis, & laruas ſanguine placant,
Quod ſunt qui ſummum cæli Dominum venerãtur,
Iuſtitiamq; litant, & templum pectoris ornant.

Diſtantię bonorum à malis, cum diſtantia ſiderum à terris, &c.

Sedulius libro in Domin. orat.

——— *nam quantum ſidera terris,*
Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,
Vita ſepulturis, tantum bona longiùs abſunt.

DIVES.

Diuitum miserię comparatę cum Scytharum & Getarum felicitate.

Intactis opulentior Horat. libro 3. Carm. Ode 24.
Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis & mare Ponticum:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campestres meliùs Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Viuunt, & rigidi Getæ:
Immetata quibus iugera liberas
Fruges & Cererem ferunt;
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumq́; laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens;
Nec dotata regit virum
Coniux, nec nitido fidit adultero.

Diues difficiliùs cælum ingredietur, quàm camelus foramen acus.

Nam citiùs tenuis per acus transire foramen Iuuenc. lib. 3.
Deformis poterunt immania membra cameli,
Quàm queat vt diues cælestia regna videre.

 Idem.

Idem.

Sedul. *Namque foramen acus sicut penetrare camelus*
Membrorum præ mole nequit: sic diues opima
Fertilitate tumens, tenuem non possit adire
Cælestis regni ducentem ad limina callem.

Diuitiarum fragilitas, cum sanguine è vulnere defluente, & cinere vento sublato.

Tibull. libro 1. Eleg. 7. *Attigeris, labentur opes; vt vulnere nostro*
Sanguis, vt hic ventis diripiturq́; cinis.

Diuitis, cum Tullo & Anco.

Iuuenal. libro 1. Satyr. 5. *Flos Asiæ ante ipsum, pretio maiore paratus,*
Quam fuit & Tulli census pugnacis, & Anci.

Diuitis, cum Midæ gazis, &c.

Statius libro 2. Siluar. in Sur. Pollij. *Viue Midæ gazis & Lydo ditior auro,*
Troica & Euphrate supra diademata felix.

DIVINITATEM CONSEQVI.

Diuinitatem præclaris factis consecutæ, cum alijs.

Rutilius Claud. libro 1. Itinerarij. *Inuentrix oleæ colitur, viniq́; repertor,*
Et qui primus humo pressit aratra puer.
Aras Pæoniam meruit medicina per artem,
Fretus & Alcides nobilitate Deus.
Tu quoque legiferis mundum complexa triumphis,
Fœdere communi viuere cuncta facis.
Te, Dea, te celebrat Romanus vbique recessus,
Pacificoq́; gerit libera colla iugo.

DIV-

DIVTVRNITAS.

Diuturna vires amittunt, vt nauis, gladiator, & luctator antiqui.

Fortior in fulua nouus est luctator arena, Ouid. lib. 4. Trist. Eleg. 6.
Quàm cui sunt tarda brachia fessa mora.
Integer est melior nitidis gladiator in armis,
Quàm cui tela suo sanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites nauis modò facta procellas,
Quamlibet exiguo soluitur imbre vetus.
Nos quoque, quæ ferimus, tulimus patientiùs antè,
Quæ mala sunt longa multiplicata die.

DOCERE.

Imperatoris docentis filium, cum nauta docente filium.

Hæc genitor præcepta dabat: velut ille carinæ Claud. in Paneg. de 4. Consf. Honorij, v.419.
Longæuus rector, varijs quem sæpe procellis
Explorauit hiems, ponto iam fessus & annis,
Æquoreas alui nato commendat habenas,
Et casus artesq́; docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus possint moderamine falli,
Quæ nota nimborum, quæ fraus infida sereni,
Quid sol occiduus prodat; quo saucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.

Docentis volare, cum aue pullos instruente.

Dum monet, aptat opus puero, monstratq́; moueri: Ouid. lib. 2. Amor.
Erudit infirmas vt sua mater aues.

Docentis aliquem, cum fingente cereas imagines.

Statius lib. 1. Achill. v. 331.

Incessum motumq; docet, fandiq; pudorem.
Qualiter artificis victura pollice ceræ
Accipiunt formas, ignemq; manumq; sequuntur,
Talis erat diuæ natum mutantis imago.

Docenti nihil decedit, vt nec lumen alteri de suo accendenti.

Ennius.

Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de lumine accendat facit;
Vt nihilominus ipsi luceat, cùm illi accenderit.

Docentis alios, & nihil scribentis, cum cote.

Horat. libro de Arte Poët. ad Pison.

——— ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.
Munus & officium nil scribens ipse docebo:
Vnde parentur opes; quid alat formetq; poëtam:

Docti viri, cum alijs.

Ausonius in commemor. Profess. in 14.

Esset Aristarchi tibi gloria, Zenodotiq;,
Graiorum antiquus si sequeretur honos.
Carminibus, quæ prima tuis sunt condita in annis,
Concedit Cei Musa Simonidei.

Docti & bellicosi, cum Apolline.

Ouid. lib. 4. de Ponto.

Vtq; nec ad citharam nec ad arcum segnis Apollo,
Sed venit ad sacras neruus vterque manus:
Sic tibi nec docti desunt, nec principis artes,
Mista sed est animo cum Ioue Musa tuo.

Do-

Doctrinam seueram suauitate lenientis, cum medicis pueris absinthia propinantibus.

Primùm quòd magnis doceo de rebus, & arctis Lucret. libro 1.
Relligionum animos nodis exsoluere pergo;
Deinde quòd obscura de re tam lucida pango
Carmina, museo contingens cuncta lepore;
Id quoque enim non ab nulla ratione videtur:
Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circùm
Contingunt mellis dulci flauoq́ liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptaq́ non capiatur,
Sed potiùs tali facto recreata valescat;
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse quibus non est tractata, retroq́
Vulgus abhorret ab hac, volui tibi suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi museo dulci contingere melle.

DOLERE.

Dolentis, cum ceruа.

——— & multa illacrymans largo ora rigabat Maph. v. 297.
Imbre, trahens duros gemitus, rapidosq́ dolores:
Qualis, vbi incubuit validis Iouis vnguibus ales,
Et paruum effuso diuulsit sanguine fetum,
Cerua videns miseri turbatur funere nati.

Do-

Dolentis, cum ſilua frondibus ſpoliata.

Maph. v. 6. *Concuſſis cecidere animis: ceu frondibus ingens*
Silua dolet lapſis, Boreali impulſa tumultu.

Doloris Calliopes, cum eiuſdem alio dolore.

Statius libro 5. Siluar. Epiced. in pat. *——— dux ipſa, ſilenti*
Fulta caput cithara, qualis poſt Orphea raptum
Adſtitit, Hebre, tibi, cernens iam ſurda ferarum
Agmina, & immotos ſublato carmine lucos.

Dolentis ob interitum militum, cum matre ob natum defunctum.

Silius libro 9. *Sed qualis ſtratis dilecto milite campis*
Poſt pugnam ſtetit, ante oculos atque ora futuro
Obuerſante malo: ceu ſpe iam lucis adempta
Cum ſtupet exanimata parens, natique tepentes
Nequidquam fouet extremis amplexibus artus.

Dolentis mariti cauſſa, cum alijs ſimili de cauſſa dolentibus.

Propert. libro 1. *At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo*
Deſertis olim fleuerat æquoribus.
Multos illa dies incomptis mæſta capillis:
Sederat, iniuſto multa locuta ſalo:
Et, quamuis numquam poſthac viſura, dolebat
Illa tamen longæ conſcia lætitiæ.
Alpheſibœa ſuos vlta eſt pro coniuge fratres,
Sanguinis & cari vincula rupit amor.
Nec ſic Æſoniden rapientibus anxia ventis

Hy-

Hypsipyle vacuo constitit in thalamo.
Hypsipyle nullos post illos sensit amores,
Vt semel Æmonio tabuit hospitio.
Coniugis Euadne miseros elata per ignes,
Occidit Argiuæ fama pudicitiæ.
Quarum nulla tuos potuit peruincere mores,
Tu quoque vti fieres nobilis historia.
Desine iam reuocare tuis periuria verbis,
Cynthia; & oblitos parce mouere Deos.

Dolentis, cum iuuenca spectante vitulum percussum.

Tum verò gemitus (neque enim cælestia tingi Ouid. lib. 2. Metam.
Ora licet lacrymis) alto de corde petitos
Edidit: haud aliter, quàm cùm spectante iuuenca
Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.

Dolentis, cum matre ob mortem filij.

——— *passis sedet illa capillis,* Ouid. lib. 2. Fastor. v. 813.
Vt solet ad nati mater itura rogum.

Doloris ob exsulium viri, cum eo qui ob mortem suscipitur.

Nec gemuisse minùs, quàm si natave meúmve Ouid. libro 1. Trist. Eleg. 3.
Vidisset structos corpus habere rogos.

Dolentis, cum Andromache.

Nec cruciere minùs, quàm cùm Thebana pereptum Ouid. Trist. l. 4. Eleg. 3.
Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.

Dolentis, & præ dolore furentis, cum Andromache & Euadne.

Albinouanus in Epist. ad Liuiam.

Quò raperis laniata comas, similisq́ furenti?
Quò ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache, cùm vir religatus ad axes
Terruit admissos sanguinolentus equos.
Hoc fuit Euadne, tunc cùm ferienda coruscis
Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.

Dolentis, cum matre ob mortem filij.

Ouid. Epist. Heroidum 21.

Postquam se dolor imminuit, mea pectora planxi,
Nec puduit ruptis exululare comis:
Non aliter, quàm si nati pia mater adempti
Portet ad exstructos corpus inane rogos.

Dolore æstuantis, cum cymba in tempestate deprehensa.

Catull. carm. 25.

——— *natesq́ mollicellas*
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent:
Et insolenter æstues; velut minuta magno
Deprensa nauis in mari, vesaniente vento.

Dolentis, cum agricola vidente oues pastore destitutas.

Iuuenc. lib. 2.

Talia mirantis populi stipante tumultu
Vallatur: cernens sed millia tanta virorum,
Ingemit, vt ruris dominus, cui pascua læta
Innumeræ tondent pecudes rectoris egentes.

Dolentis, cum matre orbata prole.

Lucan. libro 2.

——— *latuit plebeio tectus amictu*
Omnis

Omnis honos: nullos comitata est purpura fasces.
Tunc questus tenuere suos, magnusq; per omnes
Errabat sine voce dolor. sic funere primo
Attonitæ tacuere domus, cum corpora nondum
Conclamata iacent, nec mater crine soluto
Exigit ad sæuos famularum brachia planctus:
Sed cum membra premit fugiente rigentia vita,
Vultusq; exanimes, oculosq; in morte minaces,
Necdum est ille dolor, sed iam metus incubat amens,
Miraturq; malum. ———

DOLVS.

Dolosorum munerum, cum hamo.

Odi dolosas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: namque quis nescit Martial. libro 5.
Auidum vorata decipi scarum musca? Ep. 18.

Dolos nectentis, cum piscatore.

Nec Pœnum liquere doli, sedet ense reposto Silius
Abditus, & nullis properantem occursibus arcet: libro 5.
Haud secus ac vitreas sollers piscator ad vndas,
Ore leuem patulo texens de vimine nassam,
Cautius interiora ligat, mediamq; per aluum
Sensim fastigans compressa cacumina nectit,
Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab æquore, piscem.

Dolis trahentis in cladem, cum pastore lupum decipiente.

At fraudem nectens, socios, vbi concaua saxa Silius
Clau- libro 6.

Claudebat, linquens, subito in certamine gyris
Vertit equum, simulátque fugam grauiore ruina,
Et dat terga celer ficta formidine ductor:
Haud secus ac stabulis procurans otia pastor,
In foueam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte lupos posita balatibus agna.

Dolus peruersorum ex operibus cognoscitur, vt arbor ex fructu.

Iouenc. lib. 1.
Nam neque de tribulis ficus, nec sentibus vuas
Prouenisse vmquam ruris per terga notastis.
Vtq; arbor proprio vestitur germine pomi;
Sic dolus illorum fructu monstrante patescit.

DOMICILIVM MVTARE.

Domicilium mutantis, cum milite Romano omnia secum portante.

Virgil. libro 3. Georg. v. 343.
——— *omnia secum*
Armentarius Afer agit, tectumq; laremq;,
Armaq;, Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram:
Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti
Ante exspectatum positis stat in agmine castris.

DOMVS.

Domus pulchræ, cum prato florido.

Prudēt. libro περὶ στεφάνων.
Tecta corusca superrutilant
De laquearibus aureolis,
Saxáque cæsa solum variant,
Floribus vt rosulenta putes
Prata rubescere multimodis.

Do-

Domus pulchræ, cum lauro.

Vtq; viret semper laurus, nec fronde caduca Ouid. libro 3. Trist. Eleg. 1.
Carpitur; æternum sic habet illa decus.

DVBIVS.

Dubiorum quò se inclinare debeant, cum mari.

Pronior in Magnum populus, pugnatq; minaci Lucan. libro 2.
Cum terrore fides: vt cùm mare possidet Auster
Flatibus horrisonis, hinc æquora tota sequuntur;
Si rursus tellus, pulsu quassata tridentis
Æolij, tumidis immittat fluctibus Eurum,
Quamuis icta nouo ventum tenuere priorem
Æquora, nubiferoq; polus concesserit Euro,
Vindicat vnda Notum. ——

Dubij, cum arbore ventis agitata.

Ac veluti annosam valido cùm robore quercum Virgil. libro 4. v. 441.
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes;
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit:
Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno persentit pectore curas.

Dubij, cum aqua Solis radijs percussa.

—— *magno curarum fluctuat æstu,* Virgil. libro 8. v. 19.
Atque animũ nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,

Inpartesq; rapit varias, pérque omnia versat:
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat latè loca; iamq; sub auras
Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.

Dubiæ sortis, cum velis vento agitatis.

Statius lib. 1. Theb. v. 193.
Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
Vela trahunt; nutat mediæ fortuna carinæ
Heu dubio suspensa metu, tolerandaq; nullis
Aspera sors populis: hic imperat, ille minatur.

Dubiæ mulieris, cum mari fluctibus agitato.

Senec. in Medea, v. 938.
Quid, anime, titubas? ora quid lacrymæ rigant?
Variámque nunc huc ira, nunc illuc amor
Diducit? anceps æstus incertam rapit.
Vt sæua rapidi bella cùm venti gerunt,
Vtrimque fluctus maria discordes agunt,
Dubiumq; pelagus feruet: haud aliter meum
Cor fluctuatur. ———

Dubij quem primum occidat, cum tigride.

Senec. in Thyeste v. 704.
——— *iamq; dimissa mora*
Assiluit aris, toruùm & obliquùm intuens.
Ieiuna siluis qualis in Gangeticis
Inter iuuencos tigris errauit duos,
Vtriusque prædæ cupida, quò primos ferat
Incerta morsus, flectit huc rictus suos,
Illò reflectit, & famem dubiam tenet:
Sic dirus Atreus capita deuota impiæ

Spe-

Speculatur iræ, quem prius mactet sibi
Dubitat, secunda deinde quem cæde immolet.

Dubiæ mulieris, cum mari.

——— fluctibus varijs agor: Senec. in Agam. v. 139.
Vt cùm hinc profundum ventus, hinc æstus rapit,
Incerta dubitat unda cui cedat malo.

Dubitantis & soliciti, cum Ioue tempestates mittente.

Mens rapit vndantem curis, ac multa nouantem. Valer. Flacc. lib. 5.
Qualiter ex alta cùm Iuppiter arce coruscat,
Pleiadas ille mouens, mistumq́; sonoribus imbrem
Horriferámve niuem, cauis vbi tollitur omnis
Campus aquis, aut sanguinei magna hostia belli,
Aut altos duris fatorum gentibus ortus:
Sic tum diuersis hinc atque hinc molibus anceps
Pectora dux crebro gemitu quatit; optat & almum
Iam iubar, & certi tandem discriminis horas.

Persei dubitantis quem occidat, cum tigride.

Tigris vt auditis diuersa valle duorum Ouid. libro 5. Metam.
Exstimulata fame mugitibus armentorum,
Nescit vtrò potius ruat, & ruere ardet vtroque:
Sic dubius Perseus dextra læuáne feratur,
Molphea traiecti submouit vulnere cruris.

Dubitantis, cum naui iactata vtrimque.

——— vtq́; carina, Ouid. libro 8. Metam.
Quam ventus ventoq́; rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit, paretq́; incerta duobus:

Thestias haud aliter dubijs affectibus errat,
Inq; vices ponit, positamq; resuscitat iram.

Dubij, cum arbore vacillante.

Ouid. lib. 10. Metam.

——— vtq; securi
Saucia trabs ingens, vbi plaga nouissima restat,
Quò cadat in dubio est, omniq; a parte timetur:
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis atque illuc, momentaq; sumit vtroque.

Dubitantis, cum viatore.

Ouid. libro 5. Fastor. v. 3.

Vt stat, & incertus qua sit sibi nescit eundum,
Cùm videt ex omni parte viator iter:
Sic, quia posse datur diuersas reddere caussas,
Quò ferar ignoro, copiaq; ipsa nocet.

Dubij inter spem & metum, cum mari.

Ouid. libro 2. Trist. v.149.

Ac veluti ventis agitantibus æquora, non est
Æqualis rabies, continuusq; furor;
Sed modo subsidunt, intermissiq; silescunt,
Vimque putes illos deposuisse suam:
Sic abeunt redeuntq; mei variantq; timores,
Et spem placandi dántque negantq; tui.

Dubiæ & fluctuantis, cum naui fluctuante.

Ouid. Heroid. Ep.20.

Ipsa velut nauis iactor, quam certus in altum
Propellit Boreas, æstus & vnda refert.

DVCERE.

Ducentis per viam metuendam, cum aui fetus educente.

Dat dextram vocemq́ Venus, blandisq́ pauentem Valer.
Alloquijs iunctoq́ trahit per mœnia passu: Flacc.
Qualis adhuc teneros supremum pallida fetus lib. 7.
Mater ab excelso produxit in aëra nido,
Hortâturq́ sequi, breuibusq́ insurgere pennis;
Illos cærulei primus ferit horror Olympi,
Iámque redire volunt, assuetaq́ quæritur arbor.
Haud alia Ææa per mœnia deficit vrbis
Incedens horretq́ domos Medea silentes.

DVELLVM.

Fratrum duello pugnantium, cum tauris.

——— *similes video concurrere tauros:* Statius
Idem ambobus honos, vnusq́ ab origine sanguis. lib. 4.
Ardua collatis obnixi cornua miscent Theb.
Frontibus, alternaq́ truces moriuntur in ira. v. 397.
Tu peiôr, tu cede nocens, qui solus auita
Gramina communemq́ petis defendere campum.

Duello pugnantium, cum tauris.

——— *eratq́* Ouid.
Cum pede pes iunctus; totoq́ ego pectore pronus libro 9.
Et digitos digitis & frontem fronte premebam. Metam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidissima saltu

Expetitur coniux, ſpectant armenta, pauentq́;,
Neſcia quem maneat tanti victoria regni.

Duelli, cum taurorum pugna.

Virgil. *Ac velut ingenti Syla, ſummóve Taburno,*
lib. 12. *Cùm duo conuerſis inimica in prœlia tauri*
v.715. *Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri;*
Stat pecus omne metu mutum, muſſántque iuuencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequātur;
Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent,
Cornuáque obnixi infigunt, & ſanguine largo
Colla armosq́; lauant; gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas & Daunius heros
Concurrunt clypeis; ingens fragor æthera complet.

DVLCIS.

Dulcis vultus & ſuauis, cum melle.

Ouid. *Nec patriam magis ille ſuam deſiderat, & quæ*
libro 5. *Plurima cum patria ſentit abeſſe ſibi;*
Triſt. *Quam vultus oculóſque tuos, ô dulcior illo*
Eleg.4. *Melle, quod in ceris Attica ponit apis.*

DVRVS.

Duri & patientis, cum Hæmo, & polo Septemtrionali.

Seneca *Quondam Getico durior Hæmo,*
in Herc. *Nec Parrhaſio lentior axe,*
Oetæo, *Sæuo ceſſit membra dolori;*
v.1386.

Feſ-

Feßúmque mouens per colla caput,
Latus alterno pondere flectit.

DVX.

Ducis minoris, cum ſtella vrſæ.

——— minor ille per alas Statius libro 8. v. 368.
Septimus exſtat apex: liquido velut æthere nubes
Inuida Parrhaſijs vnum ſi detrahat aſtris
Truncus honor plauſtri. nec idem nitet igne reciſo
Axis, & incerti numerant ſua ſidera nautæ.

Ducis fortis ſtragem edentis, cum Auſtro & Aufido.

Spectandus in certamine Martio, Horat. libro 4. Carm. Ode 14.
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas propè qualis vndas
Exercet Auſter, Pleïadum choro
Scindente nubes, impiger hoſtium
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic tauriformis voluitur Aufidus,
Qui regna Dauni præfluit Apuli;
Dum ſæuit, horrendámque cultis
Diluuiem meditatur agris:
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu,
Primóſque & extremos metendo
Strauit humi ſine clade victor.

Ducis, cum tauro.

Lucan. libro 2.

——— placuitque referri
Signa, nec in tantæ discrimina mittere pugnæ
Iam victum fama non visi Cæsaris agmen.
Pulsus vt armentis primo certamine taurus
Siluarum secreta petit, vacuósque per agros
Exsul in aduersis explorat cornua truncis,
Nec redit in pastus, nisi cùm ceruice recepta
Excussi placuere tori; mox reddita victor
Quoslibet in saltus comitantibus agmina tauris
Inuito pastore trahit: sic viribus impar
Tradidit Hesperiam, profugúsque per Apula rura
Brundisij tutas conscendit Magnus in arces.

Ducis imperiti & temerarij, cum nauarcho imperito.

Silius lib. 4.

Inde vbi prima quies iuris, clauúmque regendæ
Inuasit patriæ, & sub nutu castra fuerunt:
Vt pelagi rudis, & pontum tractare per artem
Nescius, accepit miseræ si iura carinæ,
Ventorum tenet ipse vicem, cunctísque procellis
Dat iactare ratem, fertur vaga gurgite puppis
Ipsius in scopulos dextra impellente magistri.

Ducis ad pugnam procedentis, cum tempestate & Penthesilea.

Silius libro 8.

Horridus & squamis & equina Curio crista,
Pars belli quam magna venit, non æquore verso
Tam creber fractis albescit fluctus in vndis;
Nec cœtu leuiore, vbi mille per agmina virgo

Lu-

Lunatis acies imitatur Martia peltis,
Perstrepit & tellus, & Amazonius Thermodon.

Ducis incedentis, cum Hercule & Ioue.

Nondum Cæsar erat, sed magnam nixus in hastam Petron. Arbiter in Satyr.
Horrida securis frangebat gressibus arua:
Qualis Caucasea decurrens arduus arce
Amphitryoniades, aut toruo Iuppiter ore
Cùm se verticibus magni demisit Olympi,
Et periturorum deiecit tela Gigantum.

Ducum ad pugnam se parantium, cum equo generoso.

Danai relaxant claustra, & effundunt viros. Idem.
Tentant in armis se duces, ceu vbi solet
Nudo remissus Thessali quadrupes iugo
Ceruicem & altas quatere ad excussum iubas.

Ducis fortis, cum aquila.

Qualem ministrum fulminis alitem, Horat. libro 4. Carm. Ode 4.
Cui Rex Deorum regnum in aues vagas
Permisit, expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo,
Olim iuuentus & patrius vigor
Nido laborum propulit inscium,
Vernique, iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus
Venti pauentem; mox in ouilia
Demisit hostem viuidus impetus,
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atque pugnæ:

Qualémve lætis caprea pascuis
Intenta, fulua matris ab vbere
Iam lacte depulsum leonem
Dente nouo peritura vidit:
Videre Rhæti bella sub Alpibus
Drusum gerentem. ———

Ducis egregij orbem sibi subiugantis, cum Hercule & Baccho.

Virgil. libro 6. v. 802. *Augustus Cæsar, diuûm genus, aurea condet*
Secula, &c. vide textum.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu;
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber, agens celso Nisæ de vertice tigres.

Ducis ferocis, cum angue.

Statius libro 4. Theb. v. 93. *Ecce inter medios patriæ ciet agmina gentis*
Fulmineus Tydeus; iam lætus, & integer artus,
Vt primùm strepuere tubæ, ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda adspiramina Solis
Erigitur liber senio, & squalentibus annis
Exutus, lætísque minax interuiret herbis.
Ah miser agrestum si quis per gramen hianti
Obuius, & primo siccauerit ora veneno.

Ducis proximi à primo, cum Telamone proximo ab Achille.

* Statius libro 5. Siluar. 2. * *Ille secundus apex bellorum, & proxima cassis.*
Sic

Sic Phryges attoniti quamuis Nemeaa viderent
Arma, Cleoneásque acies impelleret arcus
Pugnante Alcide, tamen & Telamona timebant.

Ducis imperiti & temerarij, cum auriga imperito.

Hæc postquam increpuit, portis arma incitus effert, Sillus libro 8.
Impellitque moras: veluti cùm carcere rupto
Auriga indocilis totas effundit habenas,
Et præceps trepida pendens in verbera planta
Impar fertur equis, fumat malè concitus axis,
Ac frena incerto fluitant discordia curru.

Ducis præclari quiescentis, cum Marte fesso, &c.

——— *tamen ore nitebat* Statius libro 4. Silu. in Epulo Domitiani.
Dissimulatus honos. talem quoque barbarus hostis
Posset & ignotæ conspectum agnoscere gentes.
Non aliter gelida Rhodopes in valle recumbit
Dimissis Gradiuus equis, sic lubrica ponit
Membra Therapnæa resolutus gymnade Pollux.
Sic iacet ad Gangen Indis vlulantibus Euan.
Sic grauis Alcides post horrida iussa reuersus
Gaudebat strato latus acclinare leoni.
Parua loquor, necdū æquo tuos, Germanice, vultus.
Talis vbi Oceani finem mensasq; reuisit
Æthiopum sacro diffusus nectare vultus
Dux Superùm, secreta iubet dare carmina Musas,
Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.

E.

EBRIVS.

Ebrij & bibacis, cum ſerpente.

Iuuen. libro 2. Satyr. 6.

Marmoribus riui properant, aurata Falernum
Peluis olet: nam hic, tanquam alta in dolia longus
Deciderit ſerpens, bibit, & vomit. ———

EFFEMINATVS.

Effeminati, cum Semiramide & Cleopatra.

Iuuen. libro 1. Satyr. 2.

Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam,
Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis,
Bebriaci campo ſpolium affectare Palati,
Et preſſum in facie digitis extendere panem:
Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœſta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.

ELECTRVM.

Electri, cum Luna.

Priſcianus in Periegeſi.

Naſcitur electrum præfulgens luce nitenti;
Menſe ſolet primo qualis ſplendeſcere Luna.

ELIGERE.

Eligentium Ducem cum nautis gubernatorem eligentibus.

*Claud. in laude Serenæ, v. 200.

——— ** ceu flumine molli*
Tranquilliſque fretis clauum ſibi quiſque regendum
Vin-

Vindicat; incumbat si turbidus Auster, & vnda
Pulset vtrumque latus, posito certamine nautæ,
Contenti meliore manu, seseq; parere
Confessi, finem studijs fecere procellæ:
Haud aliter Stilico, fremuit cùm Thracia belli
Tempestas, cunctis pariter cedentibus, vnus
Eligitur ductor; suffragia quippe peregit
Iudex vera timor. ———

ELOQVENS.

Eloquentis, cum Sirenibus.

Tam seriorum quàm iocorum particeps,
Taciturne, Amyclas qui silendo viceris.
Te fabulantem non Vlysses linqueret,
Liquit canentes qui melodas virgines.

Ausonius in commemor. Profess. in 16.

Eloquentis, cum amne.

Vehemens & liquidus, puróque simillimus amni,
Fundet opes, Latiúmque beabit diuite lingua.

Horat. Epist. libro 2. Epist. 2.

EPVLARI.

Epulantium & gaudentium, cum Phineo post abactas Harpyias.

Inde epulæ dulces, ignotáque gaudia vultu:
Qualis post longa Phineus ieiunia pœnæ,
Nil stridere domi volucres vt sensit abactas,
(Necdum tota fides) hilaris mensasq; torósque
Nec turbata feris tractauit pocula pennis.

Statius libro 8. v. 254.

EPVLARI, vide Conuiuium.

EQVES.

Equitis, cum Bellerophonte.

Horat. libro 3. Carm. Ode 12.

Eques ipso melior Bellerophonte,
Neque pugno, neque segni pede victus.

Equitantis peritè, cum Ascanio, Troilo, &c.

Statius libro 5. Silu. 2.

Ipse ego te nuper Tiberino in litore vidi,
Qua Tyrrhena vadis Laurentibus æstuat vnda,
Tendentem cursus, vexantemq́; ilia nudo
Calce ferocis equi, vultu dextráque minacem.
(Si qua fides dictis) stupui, armatúmque putaui.
Gætulo sic pulcher equo, Troianáque quassans
Tela, nouercales ibat venator in agros
Ascanius, miserámque patri flagrabat Elisam.
Troilus haud aliter gyro leuiore minantes
Eludebat equos: aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio versantem in puluere metas
Spectabant Tyriæ non toruo lumine matres.

EQVVS.

Equi generosi, cum equis Pollucis, Martis, Achillis.

Virgil. libro 3. Georg. v. 87.

At duplex agitur per lumbos spina, cauátque
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graij meminere Poëtæ,

Mar-

Martis equi biiuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Equi generosi, cum Martis equo.

——— par forma decórque, Statius Silu. 1. lib. 1. v. 18.
Par honor: exhaustis Martem non amplius armis
Bistonius portat sonipes, magnóque superbit
Pondere, nec tardo raptus propè flumina cursu
Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.

Equi velocis, cum Centauro.

Audisse accensúmq; putes, hoc fulmine raptim Statius libro 9. v. 219.
Abstulit, & similes minùs indignatur habenas.
Semifer aëria talis Centaurus ab Ossa
Desilit in valles; ipsum nemora alta tremiscunt,
Campus equum. ———

Equorum velocium, cum canibus & ceruis.

His mille alipedes turmæ; velocior Euris Silius libro 3.
Et doctus virgæ sonipes in castra ruebat.
Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Vmber
Nare sagax è colle feras, perterrita latè
Agmina præcipitant volucres formidine cerui.

Equorum aurigam excutientium, cum equis Solis Phaëthontem excutientibus.

** Tum verò pauida sonipedes mente exciti* * Senec. in Hippol. v. 1082.
Imperia soluunt, seq; luctantur iugo

Eri.

Eripere, rectique in pedes iactant onus.
Praeceps in ora natus implicuit cadens
Laqueo tenaci corpus: & quanto magis
Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.
Sensere pecudes facinus, & curru leui,
Dominante nullo, qua timor iussit, ruunt.
Talis per auras non suum agnoscens onus,
Solique falso creditum indignans diem,
Phaëthonta currus deuio excussit polo.

Equorum currentium, cum naui ventis delata.

Stat. l. 4. Siluar. in via Domitiana.

Tunc velocior acriórque cursus,
Tunc ipsos iuuat impetus iugales:
Ceu fessis vbi remigum lacertis
Prima carbasa ventilantur aura.

Equorum ruentium, cum procella.

Silius lib. 16.

Sensit vt exhaustas, qui proximus ibat, Iberus
Callaicas Cyrni vires, nec vt antè salire
Praecipitem currum, & fumantes verbere cogi
Assiduo violenter equos; ceu monte procella
Cùm subita ex alto ruit, vsque ad colla repentè
Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens,
Concitat ardentem, quòd ferret lora secundus,
Panchaten, vocesq; addit cum verbere mistas.

Equorum sonitu terram quatientium, cum vento.

Lucan. lib. 4.

At vagus Afer equos vt primùm emisit in agmen,
Tunc campi tremuere sono; terráque soluta,
Quan-

Quantus Bistonio torquetur turbine puluis,
Aëra nube sua texit, traxitq́ tenebras.

Equi præstantis, cum equo Cæsaris.

Cedat equus Latiæ, qui contra templa Diones
Cæsarei stat sede fori, quem tradere es ausus
Pellæo, Lysippe, duci, mox Cæsaris ora
Aurata ceruice tulit. vix lumine fesso
Explores, quam longus in hunc despectus ab illo.

Statius libro 1. Silu. in Equo Domitiani.

Equum incitantis, cum Marte equos incitante.

Qualis apud gelidi cùm flumina côncitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens emittit equos; illi æquore aperto (su
Ante Notos Zephyrumq́ volant; gemit vltima pul-
Thraca pedum, circúmque atræ formidinis ora,
Iræq́, insidiæq́, Dei comitatus, aguntur:
Talis equos alacer media inter prœlia Turnus
Fumantes sudore quatit, (miserabile) cæsis
Hostibus insultans. ———

Virgil. lib. 12. v. 330.

ERIDANVS.

Eridani, cum alijs amnibus.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Virgil. libro 4. Georg. v. 371.

ERIGERE.

Erigentis se, cum Tityo.

Statius libro 6. v. 747.

Fulmineas altè suspensi corpora plantis
Erexere manus. tuto procul ora recessu
Armorum in speculis, aditusq; ad vulnera clausi.
Hic quantus Stygijs Tityus consurgat ab aruis,
Si torua patiantur aues, tanta vndique pandit
Membrorum spatia, & tantis ferus ossibus exstat.

ERRARE.

Errantis in Labyrintho, cum Mæandro flumine.

Ouid. libro 8. Metam.

Non secus ac liquidis Phrygius Mæandrus in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitq; fluitq;,
Occurrensq; sibi venturas adspicit vndas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias, vixque ipse reuerti
Ad limen potuit; tanta est fallacia tecti.

Errantis per noctem, cum nauta in mari iactato.

Statius libro 1. Theb. v. 370.

Ac velut hiberno deprensus nauita ponto,
Cui neque temo piger, neque amico sidere monstrat
Luna vias, medio cæli pelagiq; tumultu
Stat rationis inops, iam iámque aut saxa malignis
Exspectat submersa vadis, aut vertice acuto
Spumantes scopulos erectæ incurrere proræ:

Ta-

Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros
Accelerat, vasto metuenda vmbone ferarum
Excutiens stabula, & prono virgulta refringit
Pectore; dat stimulos animo vis mæsta timoris;
Donec ab Inachijs victa caligine tectis
Emicuit lucem deuexa in mœnia fundens
Larissæus apex. ———

Poëtæ errantis frequenter in eadem re, cum citharœdo.

Vt scriptor si peccat idem librarius vsque, Horat. in Arte poët.
Quamuis est monitus, venia caret; & citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multùm cessat, fit Chœrilus ille,
Quem bis térque bonum cum risu miror, & idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Errantis, cum luna.

Errat & ipsa, olim qualis per Latmia saxa Auson. Edyl. 6.
Endymioneos solita affectare sopores
Cum face & astrigero diademate luna bicornis.

Errantium, cum nautis.

Erramusq; procul turbata per æquora vitæ: Licentius ad August.
Præcipites densa veluti caligine nautæ,
Quos furor Australis, stridens & flatus ab Euro
Perculit, & raptis priuauit turbo magistris;
Protinus abruptis miseri voluuntur in vndis,
Non forus aut proræ, non lintea deinde procellas
Ferre valent, ratioq; iacet stupefacta regendi.
Sic me ventus agit, voluuntq; cupidinis æstus
In mare letiferum. ———

ERVBESCERE.

Erubeſcentis, cum nubibus à ſole coloratis.

Ouid. Metam. libro 3.

Qui color infectis aduerſi ſolis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet, aut purpureæ auroræ,
Is fuit in vultu. ———

Erubeſcentis, cum pomis, ebore tincto, & colore lunæ.

Ouid. Metam. libro 3.

Neſcit quid ſit amor, ſed & erubuiſſe decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti,
Cùm fruſtra reſonant æra auxiliaria, lunæ.

Erubeſcentis, cum pomis & vuis nondum maturis.

Ouid. Metam. libro 3.

Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem:
Non aliter quàm poma ſolent, quæ candida parte,
Parte rubent; aut vt varijs ſolet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.

Erubeſcentis, cum aëre rubeſcente ſub auroram.

Ouid. Metam. libro 6.

Sed tamen erubuit, ſubitusq; inuita notauit
Ora rubor, rurſusq; euanuit: vt ſolet aër
Purpureus fieri, cùm primùm aurora mouetur,
Et breue poſt tempus candeſcere ſolis ab ortu.

Erubeſcentis, cum pariete ex rubro velo colorem trahente.

* Ouid. Metam. lib. 10.

* *Inq; puellari corpus candore ruborem*

Traxe-

Traxerat: haud aliter, quàm cùm super atria velū
Candida purpureū similem dat & inficit vmbram.

ERVMPERE.

Erumpentium ad prœlium, cum fulmine.

——— erumpunt non agnoscentibus Argis. Statius libro 7. v. 581.
Ceu duo diuerso pariter si fulmina cælo
Rupta cadāt, longumq́; trahant per nubila crinem;
Non aliter cursu rapidæ atq; immanè frementes
Transsiliunt campos, aurigamq́; impete vasto,
Amphiaraë, tuum (nec defuit omen, beriles
Fortè is primus equos stagna ad vicina trahebat)
Corripiunt. ———

Erumpentium ex vrbe, cum Nilo exundante.

——— sic omnibus alæ Statius libro 8. v. 354.
Arctantur portis, septemq́; excursibus hærent,
Ogygijs, it sorte Creon, Etheoclea mittunt
Neitæ, celsas Homoloidas occupat Æmon,
Ipsea Prœtides, celsum fudere Dryanta
Electræ, quatit Hypsistas manus Eurymedontis,
Culmina magnanimus stipat Dircæa Menœceus:
Qualis vbi auersi secretus pabula cæli
Nilus, & Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes, septemq́; patentibus aruis
In mare fert hiemes. penitus cessere fugatæ
Nereides, dulciq́; timent occurrere ponto.

Erumpentis hostis cum angue exacta hieme.

Prorumpit Capua Pœnus, vicinaq́; latè Silius lib. 12.

Præmisso terrore quatit: ceu, condita bruma
Dum Riphæa rigent Aquilonis flamina, tandem,
Euoluit serpens arcano membra cubili,
Et splendente die nouus emicat, atque coruscum
Fert caput, & saniem sublatis faucibus efflat.

Erumpentium militum, cum amne exundante, &c.

Silius lib. 12. *Fertur acerba lues, disiectis incita telis,*
Effusæq; ruunt inopino turbine turmæ:
Improbus vt fractis exundat molibus amnis;
Propulsum vt Borea scopulis impingitur æquor;
Vt rupto terras inuadunt carcere venti.

ERINNYS.

Erinnys, cum Eumenide & Megæra,

Lucan. libro 1. *——— ingens vrbem cingebat Erinnys,*
Excutiens pronam flagranti vertice pinum,
Stridentesq; comas: Thebanam qualis Agauen
Impulit, aut sæui contorsit tela Lycurgi,
Eumenis; aut qualem iussu Iunonis iniquæ
Horruit Alcides viso iam Dite Megæram.

EVADERE.

Euadentium pericula, cum pullis à miluo seruatis.

Maph. in Supplemento Æneid. *——— grauibus tandem euasisse periclis*
Exsultans: veluti exiguis cùm ex æthere gyrans
Incubuit pullis & magno turbine miluus

In-

Insiliens auido ore furit, stragemq́ue minatur;
Tum cristata alis perculso pectore mater
Consurgit, misero natorum exterrita casu,
Rostrum acuit, totisq́ue petit conatibus hostem,
Et multa expulsum vi tandem cedere cogit;
Dehinc perturbatos crocitans exquirit, & omnes
Attonitos cogit, pro charis anxia natis,
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secus Anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis. ———

EVANESCERE.

Mendaciorum euanescentium, cum igne in stipulis.

——— *iam iámque volant mendacia mille* Sedul.
In Dominum vanis hominum conflata fauillis,
Et pereunt leuitate sua: velut ignis oberrans
Arentes stipulas, vires cui summa creandi
Materies infirma rapit, victoq́ue furore
Labitur inualida deformis gloria flamma.

Euanescentis, cum fumo.

Dixit: & ex oculis subitò, ceu fumus in auras Virgil.
Commistus tenues, fugit diuersa; neque illum libro 4.
Prensantem nequidquã vmbras, & multa volentem Georg.
Dicere, præterea vidit. ——— v. 499.

Euanescentis, cum ventis & somno. *Virgil.
* *Ter frustra comprensa manus effugit imago,* libro 2.
Par leuibus ventis, volucriq́ue simillima somno. Æneid.

Euanescentis spiritus post mortem, cum nubibus & fumo.

Seneca in Troade, v. 391.

——— vt calidis fumus ab ignibus
Vanescit spatium per breue sordidus;
Vt nubes grauidas, quas modò vidimus,
Arctoi Boreæ dissipat impetus:
Sic hic, quo regimur, spiritus effluet.
Post mortem nihil est, ipsaq; mors nihil,
Velocis spatij meta nouissima.

Euanescentium rerum, cum colore purpuræ panni distracti in fila.

Lucret. libro 2.

Quin etiam quanto in parteis res quæque minutas
Distrahitur magis, hoc magis est vt cernere possis
Euanescere paullatim stinguiq; colorem:
Vt fit, vbi in paruas parteis discerpitur aurum,
Purpura, Phœniceusq; color clarissimu' multo,
Filatim cùm distractus, disperditur omnis.

EXAMINARE.

Examinantis filiorum indolem, cum aquila pullos ad solem examinante.

Silius lib. 10.

——— rapit agmine natos
Sæua parens vltro in certamina, & addere passim
Tela iubet, nec manantes ex ore feroci
Aut quæ flagrarent galea exhorrescere flammas.
Armiger haud aliter magni Iouis, anxia nido
Cùm dignos nutrit gestanda ad fulmina fetus,
Obuersam spectans ora ad Phaëthontia prolem,
Explorat dubios Phœbea lampade natos.

EXCIDIVM.

Excidij vrbis, cum arboris excisione.

Tum verò omne mihi visum considere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia:
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro accisam crebrisq́ bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat;
Vulneribus donec paullatim euicta, supremùm
Congemuit, traxitq́ iugis auulsa ruinam.

Virgil. libro 2. Æneid. v. 624.

EXERCITVS.

Exercitus suborti, cùm signis in theatro.

——— *crescitq́ seges clypeata virorum.*
Sic, vbi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent, primumq́ ostendere vultus,
Cetera paullatim placidoq́ educta tenore
Tota patent, imoq́ pedes in margine ponunt.

Ouid. Metam. libro 3.

Exercitus duce destituti, cum naui absque nauarcho.

Par vtrimque dolor. sed dant solatia Thebis
Quattuor errantes Danaûm sine præside turmæ:
Ceu mare per tumidum viduæ moderantibus alni,
Quas Deus, & casus, tempestatesq́ gubernant.

Statius lib. 10. v. 11.

Exercitus in pugnam effusi, cum Pado exundante.

Hinc vicina petens, placido castella profundo

Lucan. libro 6.

I 5 In-

Incursu gemini Martis rapit, armaq; latè
Spargit, & effuso laxat tentoria campo,
Mutandaq; iuuat permissa licentia terræ.
Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros.
Succubuit si qua tellus, cumulumq; fluentem
Vndarum non passa ruit, tum flumine toto
Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado. ———

Exercitus effusi in pugnam, cum incendio Ætnæ.

Lucan. libro 6. *Transierat primi Cæsar munimina valli,*
Cùm super è totis emisit collibus agmen,
Effuditq; acies obseptum Magnus in hostem.
Non sic Ætnæis habitans in vallibus horret
Enceladum spirante Noto, cùm tota cauernas
Egerit & torrens in campos defluit Ætna.

Exercitus incompositi, cum equo, naui, balæna carentibus rectore.

Claud. libro 2. in Eutr. *Non peditem præcedit eques, non commoda castris*
Eligitur regio; vicibus custodia nullis
Aduigilat vallo; non explorantur eunda
Vitandaq; via; nullo se cornua flectunt
Ordine; confusi passim per opaca vagantur
Lustra, per angustas ignoto tramite valles.
Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro
Fertur in abruptum casu, non sidere, puppis:

Sic

Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali
Bellua, ſulcandas qui prauius edocet vndas,
Immenſumq́, pecus paruæ moderamine caudæ
Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro;
Illa natat rationis inops, & cæca profundi
Iam breuibus deprenſa vadis, ignara reuerti
Palpitat, & vanos ſcopulis illidit hiatus.

Exercitus ex inſperato & ſubitò collecti, cum Spartiatis ex dentibus draconis natis.

Non ego delectu Tyrij, ſed vomere Cadmi
Tam ſubitas acies concepto dente draconis
Exſiluiſſe reor: Dircæus qualis in aruis
Meſſis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos ſtrinxit gladios, cùm ſemine iacto
Terrigenæ galea matrem naſcente ferirent,
Armifer & viridi floreret milite ſulcus.

Claud. libro 1. de laudibus Stilic. v. 318.

Exercitus magni cum claſſe Græcorum.

Ignoſcet quamuis auido committere pugnam
Varroni, quicumque ſimul tot tela videret.
Tantis agminibus Rhœteo litore quondam
Feruere, cùm magnæ Troiam inuaſere Mycenæ,
Mille rates vidit Leandrius Helleſpontus.

Silius libro 8.

Exercitus numeroſi, cum Memnonis* & Pori copijs.

* *Stipantur Numidæ campis, ſtant puluere Syrtes*
Gætulæ, Pœnis iaculis obtexitur aër.

* Claud. libro 1. de laudibus Stilicon. v. 258.

Non

Non sic intremuit Simois, cùm montibus Idæ
Nigra coloratus produceret agmina Memnon:
Non Ganges, cùm tela procul vibrantibus Indis
Immanis medium vectaret bellua Porum.
Porus Alexandro, Memnon prostratus Achilli,
Gildo nempe tibi. ———

EXERCITVS, vide MVLTITVDO.

EXPERIRI.

Experientium vires suas, cum nauibus primùm nauigantibus.

Statius libro 6. v. 15. *Et nunc eximij Regum quibus Argos alumnis*
Connexum cælo, quorumq; ingentia tellus
Aonis, & Tyriæ suspirant nomina matres,
Concurrunt, nudasq; mouent in prœlia vires:
Ceu primùm ausuræ trans alta ignota biremes,
Seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Ægæa lacessũt,
Tranquillo priùs arma lacu, clauumq;, leuesq;
Explorant remos, atque ipsa pericula discunt;
At cùm experta cohors, tum pontum irrũpere freta,
Longiùs; ereptasq; oculis non quærere terras.

EXPLORARE.

Psylli explorantis filios, cum aquila pullos explorante.

Lucan. libro 9. ——— *in terram paruus cùm decidit infans,*
Nequa sit externa Veneris mistura timentes,
Letifica dubios explorant aspide partus.
Vtq; Iouis volucer, calido cùm protulit ouo
Implumes natos, solis conuertit in ortus;

Qui

Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem cæli, seruantur in vsus;
Qui Phœbo cessere, iacent: sic pignora gentis
Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis lusit serpentibus infans.

EXSPECTARE.

Exspectantis alterum, cum aue pullos colligente.

Callidus medium senex Seneca in Oedipode, v. 899.
Dædalus librans iter
Nube sub media stetit,
Alitem exspectans suam:
Qualis accipitris minas
Fugit & sparsos metu
Colligit fetus auis.

EXVNDATIO.

Exundationis aquarum, cum diluuio Deucalionis.

—— *natat orbis in ipso,* Manil. libro 4.
Et vomit Oceanus pontum, sitiensq; resorbet,
Nec sese ipse capit. sic quondam merserat vrbes;
Humani generis cùm solus constitit heres
Deucalion, scopuloq; orbem possedit in vno.

F.

FALLERE.

Fallentium aduersarios, cum Delphinibus & Labyrintho.

* *Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta* * Virg. libro 5. v. 588.

Pa-

Parietibus textum cæcis iter ancipitemq;
Mille vijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrûm gnati vestigia cursu
Impediunt, texuntq; fugas & prœlia ludo;
Delphinum similes, qui per maria humida nando
Carpathium Libycumq; secant, luduntq; per vndas.

Fallentis, cum Peloro & vnda turbida.

Lucan. libro 6. *Prima quidem surgens operum structura fefellit*
Pompeium: veluti mediæ qui tutus in aruis
Sicaniæ rabidum nescit latrare Pelorum;
Aut vaga cum Thetis Rutupinaq; litora feruent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

FAMAM QVÆRERE.

Famam carminibus quærentis, cum cane prædę inhiante, & equo currere gestiente.

Ouid. Trist. libro 5. Eleg. 9. *Vtq; canem pauidæ nactum vestigia ceruæ*
Luctantem frustra copula dura tenet;
Vtq; fores nondum reserati carceris acer
Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus:
Sic mea, lege data, vincta atque inclusa Thalia
Per titulum vetiti nominis ire cupit.

Famam prorogare, melius quàm spectacula edere, aut ex equestri esse ordine.

Mart. libro 5. Epig. 26. *Quem chartis famæq; damus populisq; loquēdum?*
Qui Stygios non vult totus adire lacus.

Hoc,

Hoc, rogo, non melius, quàm rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuso permaduisse croco?
Quàm non sensuro dare quadringenta caballo;
Aureus vt Scorpi nasus vbique micet?

FELIS.

Felis, cum passere Catulli, &c.

Issa est passere nequior Catulli, Mart. libro 1. Epigr. 84.
Issa est purior osculò columbæ,
Issa est blandior omnibus puellis,
Issa est carior Indicis lapillis,
Issa est deliciæ catella Publi:

FEROX vide CRVDELIS.

FERRE.

Ferentis librum, cum rustico agnum ferente, &c.

——— *ne fortè sub ala* Horat. libro 1. Epist.ad Vinniū Asellā.
Fasciculum portes librorum, vt rusticus agnum;
Vt vinosa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ;
Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis.

FESTINARE.

Festinantis, cum auriga certante cursu.

Sic festinanti semper locupletior obstat: Horat. libro 1. Serm. Sat. 1.
Vt, cùm carceribus missos rapit vngula currus,
Instat equis auriga, suos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.

FILIVS.

Filij parentibus similes, vt equorum & aquilarum fetus.

Horat. libro 4. Carm. Ode 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Filij patrem superantis, cum Agamemnone, Theseo, Achille.

Ouid. Metam. lib. 15.

Hic sua præferri quamquam vetat acta paternis;
Libera fama tamen, nullisq; obnoxia iussis,
Inuitum præfert, vnaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus,
Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.

Filij parentibus similes, vt vituli bubus, virgulta arboribus, &c.

Seneca in Troade, v. 533.

Vlys. *Et si taceret augur hæc Calchas, tamen*
Dicebat Hector, cuius & stirpem horreo:
Generosa in ortus semina exsurgunt suos.
Sic ille magni paruus armenti comes,
Primisq; nondum cornibus findens cutem;
Ceruice subito celsus, & fronte arduus,
Gregem paternum ducit, ac pecori imperat:
Quæ tenera cæso virga de trunco stetit,
Par ipsa matri tempore exiguo subit,
Umbrasq; terris reddit, & cælo nemus:
Sic male relictus igne de magno cinis
Vires resumit. ———

FLAM.

FLAMMA.

Flammæ varij coloris, cum Iride.

Non vna facies mobilis flammæ fuit: Seneca in Oedipode, v. 314.
Imbrifera qualis im plicat varios sibi
Iris colores, parte quæ magna poli
Curuata picto nuntiat nimbos sinu.
Quis desit illi quísve sit dubites color,
Cærulea fuluis mista oberrauit notis,
Sanguinea rursus, vltimum in tenebras abit.

Flammæ, cum igne efflato à Typhoë & Ætna.

Quas quoties proflat, spirare Typhoëa credas, Ouid. 1. Fast. v. 578.
Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne iaci.

FLERE.

Flentis diu ob mortem alicuius, cum Aurora & Niobe.

Nunc etiã ad planctus refugit: iam plana cicatrix, Statius libro 5. Siluar. v. 30.
Dum canimus, grauibusq́ oculis vxorius instat
Imber. habéntne pios etiamnum hæc lumina fletus?
Mira fides: citiùs genitrix Sipyleia fertur
Exhausisse genas, citiùs Tithonida mæsti
Deficient rores, aut exsiccata fatiscet
Mater Achilleis hiemes affrangere bustis.

Flentis, cum Briseide, Andromacha, &c.

Quid fles abducta grauius Briseïde? quid fles Propert. libro 2.
Anxia captiua tristius Andromacha?

Quidve mea de fraude Deos, vesana, fatigas?
Quid quereris nostram sic cecidisse fidem?
Non tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropijs obstrepit in folijs:
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lacrymans defluit à Sipylo.

Fletus inanis, cum alijs eiusdem generis.

Albinouanus in Epist. ad Liuiam.

Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.
Hectora tot fratres, tot defleuere sorores,
Et pater, & coniux, Astyanaxq; puer,
Et longæua parens, tamen ille redemptus ad ignes,
Nullaq; per Stygias vmbra renauit aquas.
Contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles
Iliaca ambustis ossibus arua premit.
Illi cæruleum Panope matertera crinem
Soluit, & immensas fletibus auxit aquas;
Consortesq; Deæ centum, longæuaq; magni
Oceani coniux, Oceanusq; pater,
Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipsa neq; omnes
Mutarunt auidi tristia iura Dei.

Flendo in fontem conuersæ, cum bitumine, pice, glacie liquescentibus.

Ouid. libro 9. Metam.

Protinus vt secto piceæ de cortice guttæ,
Vtve tenax grauida manat tellure bitumen;
Vtq; sub aduentum spirantis lenè Fauoni
Sole remollescit, quæ frigore constitit, vnda:
Sic lacrymis consumpta suis Phœbeïa Byblis
Vertitur in fontem. ———

Flen-

Flentium, cum niue liquescente.

Ibant in lacrymas, veluti cùm vere reuerso
Bistoniæ tepuere niues, submittitur ingens
Hæmus, & angustos Rhodope descendit in amnes.

Statius lib. 11. v. 193.

Fletum virtute cohibentis, cum sidere septemtrionali prohibente dissolui niues.

Fletum virtus sæpe resorbet.
Sic Arctoas laxare niues;
Quamuis tepido sidere Titan;
Non tamen audet, victiq́; faces
Solis adusti glaciale iubar.

Seneca in Herc. Oet. v. 1283.

Flentis, cum fonte.

Mæsta neque assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, tristiq́; imbre madere genæ.
Qualis in aërij pellucens vertice montis
Riuus muscoso prosilit è lapide:
Qui cùm de prona præceps est valle volutus;
Per medium densi transit iter populi,
Dulce viatori lasso in sudore leuamen,
Cùm grauis exustos æstus hiulcat agros.

Catul. ad Mallium.

FLOS.

Floris breui pereuntis, cum bulla citò euanescente.

——— qui tactus ab illo
Intumuit, sicut pluuio perlucida cælo
Surgere bulla solet, nec plena longior hora.

Ouid. lib. 10. Metam.

Floris purpurei, cum flore mali punici.

Ouid. lib. 10. Metam. *Facta mora est, cùm flos de sanguine concolor ortus,*
Qualem quæ lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent. ———

F L V C T V S.

Fluctuum, cum alijs fluctibus.

Lucan. libro 5. *Ah, quoties frustra pulsatos æquore montes*
Obruit illa dies! quam celsa cacumina pessum
Tellus victa dedit! non vllo litore surgunt
Tam validi fluctus, alioq; ex orbe voluti
A magno venêre mari; mundumq; coërcens
Monstriferos agit vnda sinus. Sic rector Olympi
Cuspide fraterna lassatum in sæcula fulmen
Adiuuit, regnoq; accessit terra secundo.

F L V E R E.

Fluentis saniei, cum croco.

Lucan. lib. 9. *Vtq; solet totis pariter se effundere signis*
Corycij pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul utilum pro sanguine virus.

Diffluentium veneno membrorum, cum niue resoluta.

Lucan. libro 9. ——— *manant humeri, fortesq; lacerti;*
Colla caputq; fluunt. calido non ocyùs Austro
Nix resoluta cadit, nec solem cera sequetur.

F L V V I[illegible].

Fluuij, cum mari & alijs fluuijs.

* Statius libro 4 Siluar. in Via Domitiana. * *Et nunc limite me colis beato,*

Nec

Nec sordere sinis, malumq́ latè
Deterges sterilis soli putorem,
Ne me puluereum grauemq́ cœno
Tyrrheni sinus obruat profundi,
Qualis Cyniphius tacente ripa
Pœnos Bagrada serpit inter agros;
Sed talis ferar, vt nitente cursu
Tranquillum mare proximumq́ possim
Puro gurgite prouocare Lyrim.

Fluminis exundantis, cum mari.

Quòd si fortè cauis cunctatus finibus hæsit, Virgil. in Ætna, v. 488.
Vtpote inæquales voluens perpascitur agros,
Ingeminat fluctus, & stantibus increpat vndis:
Sicut cùm curuo rapidum mare cernitur æstu,
Ac primùm tenuis sinus agit vlteriores, Scalig. legit: *Ac primùm tenues sinuans cit Mulciber orbes.*
Progrediens latè diffunditur, & succernens;
Flumina consistunt ripis, ac frigore durant,
Paullatimq́ ignes coëunt, ac flammea messis.

Fluminis arefacti, cum Nilo, qui ex agris in alueum se recipit.

Diffugêre vndæ, squalent fontesq́ lacusq́, Statius libro 4. Theb. v. 700.
Et caua feruenti durescunt flumina limo, &c.
——— *deceptum margine ripæ*
Stat pecus, atque amnes quærunt armenta natatos.
Sic vbi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus, & Eoæ liquentia pabula brumæ
Ore premit, fumant desertæ gurgite valles,
Et patris vndosi sonitus exspectat hiulca

Ægyptos, donec Pharijs alimenta rogatus
Donet agris, magnumq́; inducat messibus annum.

Fluuij tortuosi, cum Mæandro.

Senec. in Hercule Furente, v. 697.
Placido quieta labitur Lethe vado,
Demitq́; curas; néve remeandi ampliùs
Pateat facultas, flexibus multis grauem
Inuoluit amnem: qualis incerta vagus
Mæander vnda ludit, & cedit sibi,
Instatq́; dubius, litus an fontem petat.

Fluuij cadauera in ripam reijcientis, cum mari nauim scopulis illidente.

Silius lib. 10.
Sanguineus tumidas in campos Aufidus vndas
Eiectat, redditq́; furens sua corpora ripis.
Sic Lagaa ratis vasto velut insula ponto
Conspecta illisit scopulis, vbi nubifer Eurus
Naufragium spargens operit freta, iamq́; per vndas
Et transtra & mali, laceroq́; aplustria velo,
Ac miseri fluitant reuomentes æquora nautæ.

Fluuij limpidi, cum alijs.

Statius libro 1. Silu. 3. v. 23.
Littus vtrumque domi: nec te mitissimus amnis
Diuidit, alternas seruant prætoria ripas.
Non externa sibi fluuiúmve obstare queruntur.
Sestiacos nunc fama sinus pelagusq́; natatum
Iactet, & audaci iunctos Delphinas Ephœbo,
Hìc æterna quies, nullis hìc iura procellis,
Nusquam feruor aquis, datur hìc trāsmittere visus,
Et voces, & pene manus: sic Chalcida fluctus

Expellunt fluuij, sic dissociata profundo
Brutia Sicanium circumspicit ora Pelorum.

Fluuij, cum alijs fluuijs.

Non tibi se Liges anteferet, non Axona praeceps, Auson.
Matrona non Gallos Belgosq; intersita fines. Eidyll.
Santonico refluus non ipse Carantonus aestu 10.
Concedet gelido Durani de monte volutus
Amnis, & auriferum postponet Gallia Tarnem,
Insanumq; ruens per saxa rotantia latè
In mare purpureum, dominae tamen antè Mosellae
Numine adorato, Tarbellicus ibit Aturrus.

Fluuij æquabiliter fluentis, cum stagno.

Tibris ea fluuium, quam longa est, nocte tumentem Virgil.
Lenijt, & tacita refluens ita substitit vnda, libro 8.
Mitis vt in morem stagni, placidaeq; paludis, v. 86.
Sterneret aequor aquis, remo vt luctamen abesset.

FOEDARE.

Fœdantis carmine præclara facta, cum tractantibus atramentum.

Sed veluti tractata notam labemq; remittunt Horat.
Atramenta: ferè scriptores carmine foedo libro 2.
Splendida facta linunt. ——— Epist. ad August.

FOEDVS.

Fœdere sancito bella tollentium, cum Castore & Polluce nautis in tempestate exorientibus. *Claud. lib. de bello Gildon. v. 215.

* *Iam duo Diuorum proceres, maiorq; minorq;*

 Theo-

Theodosij, pacem laturi gentibus ibant:
Qui Iouis arcanos monitus mandataq; ferrent
Fratribus, & geminis sancirent fœdera regnis.
Sic cùm præcipites artem vicere procellæ,
Assiduóque gemens vndarum verbere motat
Descensura ratis, cæca sub nocte vocati
Naufraga Ledæi sustentant vela Lacones.

FODERE.

Fodientium profundè, cum aurum quærentibus.

Lucan. libro 4. *Iámque inopes vndæ primùm tellure refossa*
Occultos latices abstrusáque flumina quærunt:
Nec solùm rastris duríque ligonibus arua,
Sed gladijs fodêre suis; puteúsque cauati
Montis ad irrigui premitur fastigia campi.
Non se tam penitus, tam longè luce relicta
Merserit Assyrij scrutator pallidus auri.

FOETERE.

Fœtentis, cum varijs grauibus odoribus.

Mart. libro 4. Epigr. 4. *Quod siccæ redolet palus lacunæ,*
Crudarum nebulæ quod Albularum,
Piscinæ vetus aura quod marinæ,
Lassi bardiacus quod euocati,
Quod bis murice vellus inquinatum,
Quod ieiunia Sabbatariorum,
Mæstorum quod anhelitus reorum,
Quod spurcæ moriens lucerna Ledæ,
Quod çeromata fæce de Sabina,

Quod

Quod vulpis fuga, vipera cubile,
Mallem, quàm quod oles, olere, Bassa.

FONS.

Fontis paludosi, cum Stygia aqua.

Fons stat sub umbra tristis, & nigra piger Senec. in Thyest. v. 664.
Hæret palude: talis est diræ Stygis
Deformis unda, quæ facit cælo fidem.

Fontis Diuonæ, cum alijs.

Salue urbis genius medico potabilis haustu Auson. de Burdigala.
Diuona, Celtarum lingua fons addite Diuis.
Non Aponus potu, vitrea non luce Nemausus
Purior: æquoreo non plenior amne Timauus.

Fontis cum Hebro.

Fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec Horat. libro 1. Epist. ad Quinct.
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.

FORMA.

Formæ pereuntis, cum floribus, &c.

Non hoc semper eris. perdunt & gramina flores, Nemes. Ecl. 4.
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent;
Nec longùm tenet vua comas, nec populus umbras.
Donum forma breue est, nec se tibi comodat annus.

• Formæ deficientis, cum arbore spoliata frondibus.

Carpitur eximium fato, Priscilla, decorum: Statius libro 5. Silu. 1.
Qualiter alta comam siluarum gloria pinus

Seu Iouis igne malo, seu iam radice soluta
Deficit, & nulli spoliata remurmurat aura.

Formæ instabilis, cum fluxa nemoris pulchritudine.

Vt alta siluas forma vernantes alit,
Seneca in Herc. Oet. v. 381. *Quas nemore nudo primus inuestit tepor;*
Aut cùm solutos expulit Boreas Notos,
Et sæua totas bruma decussit comas,
Deforme folijs adspicis truncis nemus:
Sic nostra longum forma percurrens iter
Deperdit aliquid semper, & fulget minùs,
Malísque minus est; quidquid in nobis fuit
Olim petitum, cecidit, & partu labat;
Materq́; multum rapuit ex illo mihi,
Ætas citato senior eripuit gradu.

Formæ reliquos superantis, cum Luna & Hespero stellas vincentibus.

Seneca in Hipp. v. 738. *Conferat tecum decus omne priscum*
Fama miratrix senioris æui.
Pulchrior tanto tua forma lucet,
Clarior quanto micat orbe pleno,
Cùm suos ignes coëunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exserit vultus rubicunda Phœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores.
Qualis est primas referens tenebras
Nuntius noctis modò lotus vndis
Hesperus, pulsis iterum tenebris
Lucifer idem.

For-

Formæ pereuntis, cum floribus marcescentibus.

Anceps forma bonum mortalibus, Seneca in Hipp. v. 758.
Exigui donum breue temporis,
Vt velox celeri pede laberis!
Non sic prata nouo vere decentia
Æstatis calidæ dispoliat vapor,
Sæuit solstitio dum medius dies,
Et noctem breuibus præcipitat rotis:
Languescunt folio lilia pallido,
Et grata capiti deficiunt rosæ:
Vt fulgor, teneris qui radiat genis,
Momento rapitur, nullaq; non dies
Formosi spolium corporis abstulit.
Res est forma fugax.

FORMA, vide PVLCHRITVDO, vel PVLCHER.

FORNIX.

Fornicis, cum Iride.

——— *pariterq; se leuarat* Statius Siluar. libro 4. in Via Domit.
Ingenti plaga marmorata dorso.
Huius ianua prosperúmque limen
Arcus belligeri ducis trophæis,
Et totis Ligurum nitens metallis,
Quantus nubila qui coronat imbri.

FORTIS.

Fortis, cum Perseo & Hercule.

* *Inachius quondā perhibetur in æquore Perseus* * Claud. libro 1. in Ruff. v. 278.

Neptuni domuisse pecus: sed tutior alis
Te non penna vehit rigida cum Gorgone Perseus:
Tu non vipereo defensus crine Medusæ.
Illum vilis amor suspensæ virginis egit,
Te Romana salus. taceat superata vetustas,
Herculeos conferre tuis iam desinat actus.
Vna Cleonæum pascebat silua leonem;
Arcadiæ saltum vastabat dentibus vnum
Sæuus aper; tuq; ô compressa matre rebellis
Non vltra Libyæ fines Antæe nocebas,
Soláque fulmineo resonabat Creta iuuenco,
Lernæamq; virens obsederat Hydra paludem:
Hoc monstrum non vna palus, non vna tremebat
Insula; sed Latia quidquid ditione subactum
Viuit, & à primis Ganges horrebat Iberis.

F O R T V N A.

Fortuna certa lege fluit, vt fluuij.

Boëth. libro 5. Met. 1.

Rupis Achæmeniæ scopulis, vbi versa sequentum
Pectoribus figit spicula pugna fugax,
Tigris & Euphrates vno se fonte resoluunt,
Et mox abiunctis dissociantur aquis;
Si coëant, cursumq; iterum reuocentur in vnum,
Confluat alterni quod trahit vnda vadi;
Conueniant puppes, & vulsi flumine trunci,
Mistaq; fortuitos implicet vnda modos:
Quos tamen ipsa vagos terræ decliuia casus,
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
Sic quæ permissis fluitare videtur habenis
Fors, patitur frenos, ipsaq; lege meat.

For-

Fortuitò sæpe felicitas contingit, vt canibus præda.

Casus vbique valet: semper tibi pendeat hamus:
Quo minimè credis gurgite, piscis erit.
Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant,
Inq; plagas nullo ceruus agente cadit.

Ouid. libro 3. de Arte amandi.

Fortuna aduersa sæpe prodest, vt pluuię vineis & segeti.

Inuenere viam liuentia fata, piumq;
Intrauit vis sæua larem. sic plena maligno
Afflantur vineta Noto: sic alta senescit
Imbre seges nimio: rapidæ sic obuia puppi
Inuidet & velis adnubilat aura secundis.

Statius libro 5. Silu. 1. v. 146.

FRAGOR.

Fragoris, cum fragore siluarum ardentium.

Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris,
Ardentesq; simul flammas ac fulmina rumpunt:
Haud aliter, quam cum prono iacuere sub Austro,
Aut Aquilone fremunt siluæ, dant brachia nodo
Implicitæ, hæc serpunt iunctis incendia ramis.

Virgil. in Ætn. v. 360.

Fragoris, cum Iouis tonitru, & terræ concussione Neptuni.

——— consonat ingens
Caucasus, & summo pariter cum monte secutæ
Incubuere trabes, abductaq; flumina ponto.

Valer. Flacc. libro 5.

Fit

Fit fragor, ætherias ceu Iuppiter arduus arces
Impulerit, imas manus aut Neptunia terras.

Fragoris nauis fluctibus quassatæ, cum sonitu ballistæ aut arietis.

Ouid. lib. 11. Metam.

Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem;
Nec leuiùs pulsata sonat, quàm ferreus olim
Cùm laceras aries ballistáve concutit arces.

FRATRES.

Fratrum forma præstantium, cum Tyndaridis.

Claud. Paneg. de 4. Conf. Honor. v. 203.

Lætior augurio genitor, natisq; superbus
Iam paribus, duplici fultus consorte redibat,
Splendebatq; pio complexus pignora curru.
Haud aliter summo gemini cum patre Lacones
Progenies Ledæa sedente in vtroque relucet
Frater, vtroq; soror. similis chlamys effluit auro.
Stellati pariter crines. iuuat ipse Tonantem
Error, & ambiguæ placet ignorantia matri;
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.

FRIGIDVS.

Frigidæ regionis, cum Septemtrionali plaga.

Valer. Flacc. libro 4.

Vtq; vel immotos Vrsæ rigor inuenit amnes,
Vel freta versa vadis: hiemem sic vnda per omnem
Aut campo iacet, aut tumido rigat ardua fluctu,
Atque hac Europam curuis anfractibus auget,
Hac Asiam, Scythicum speciesinuatus in arcum.

Fri-

Frigoris pectus constringentis, cum cancro.

Vtq; malum latè solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsas vitiatis addere partes:
Sic letalis hiems paullatim in pectora venit,
Vitalesq; vias & respiramina clausit.

Ouid. libro 2. Metam.

FRVSTRA.

Frustra currere conantis, cum somniantibus.

Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequidquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus; non lingua valet, non corpore nota
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur:
Sic Turno, quacumque viam virtute petiuit
Successum Dea dira negat.

Virgil. lib. 12. v. 908.

Frustra irascentis, cum igne in stipulis.

——— *frustraq; laborem*
Ingratum trahit; & si quando ad prœlia ventũ est,
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. ———

Virgil. libro 3. Georg. v. 97.

Frustra irascentium, cum Minoë ob discessum Dædali.

Nil animi, nil regna iuuant, fremit obijce vonti
Clausa cohors, telisq; salum facibusq; coruscat.
Haud secus, ærisona volucer cùm Dædalus Ida

Valer. Flacc. libro 3.

Pro-

Prosiluit, iuxtáque comes breuioribus alis,
Nube noua linquente domos, Minoia frustra
Infremuit manus, & visu lassatur inani.

Frustrà laborantis, cum asinum docente.

Horat. libro 1. Serm. Sat. 1.
Infelix operam perdas: vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere frenis.

FVGARE.

Fugantis hostem, cum Borea nubes fugante.

Virgil. lib. 12. v. 365.
Ac velut Edoni Boreæ cùm spiritus alto
Insonat Ægæo, sequiturq; ad litora fluctus,
Qua venti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic Turno, quacumq; viam secat, agmina cedunt,
Conuersæq; ruunt acies. ———

Fugantis aliquem, cum accipitre columbas fugante, & venatore.

Horat. libro 1. Carm. Ode 37.
Mentémque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timóres
Cæsar, ab Italia volantem
Remis adurgens: accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis
Æmoniæ. ———

Hostem in fugam conuertentis, cum Tigride.

Silius libro 4.
Isq; vbi Callaici radiantem tegminis orbem

Extú-

Extulit, & magno percussit lumine campos:
Spes, virtusq́ cadunt, trepidaq́ à mente recedit
Vertere terga pudor; nec leti cura decori,
Sed fugere infixum est, terraq́ optantur hiatus.
Sic vbi Caucaseis tigris se protulit antris,
Linquuntur campi, & tutas petit omne latebras
Turbatum insano vultu pecus. illa pererrat
Disiectas victrix valleis, iamq́ ora reducto
Paulatim nudat rictu, vt præsentia mandat
Corpora, & immani stragem meditatur hiatu.

Fugantis aliquem cum Hespero aues ad nidos pellente.

Et concussa procul membris velocibus arma Sil.lib.2.
Letiferum intonuere, fugam percussa repente
Ad muros trepido conuertunt agmina cursu.
Sicut agit leuibus per sera crepuscula pennis
E pastu volucres ad nota cubilia vesper:
Aut vbi Cecropius formidine nubis aquosæ
Sparsa super flores examina tollit Hymettus;
Ad dulces ceras, & odori corticis antra
Mellis apes grauidæ properant, densoq́ volatu
Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.

FVGERE.

Fugientium propriam ciuitatem cum Phocæis.

Fortè, quid expediat, communiter, aut melior pars Horat. li. Epod. 16.
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum

Velut profugit exsecrata ciuitas:
Agros atque lares proprios, habitandaq́; fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis.
Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per undas
Notus vocabit, aut proteruus Africus.
Sic placet?

Fugientium cum mari decrescente.

Virg. li. 11 v. 623. *Hi fugiunt, penitusq́; datis referuntur habenis.*
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosq́; superiacit vndam
Spumeus, extremamq́; sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retrò, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, littusq́; vado labente relinquit.

Fugientis cum lupo.

Virg. li. 11 v. 809. *Ac velut ille, priùs quam tela inimica sequuntur,*
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóve iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamq́; remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasq́; petiuit:
Haud secùs ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusq́; fuga, mediis se immiscuit armis.

Fugientis cum turbine, vento, flamma, &c.

Senec. in Hyp. v. 733. *Fugit insana similis procellæ,*
Ocyor nubes glomerante Coro,
Ocyor cursum rapiente flamma,
Stella cùm ventis agitata longos
Corripit ignes.

Re-

Retrò fugientis cum torrente refracto.

——— retroq́; fuga cedebat inerti.
Haud secus hiberno tumidus cùm vertice torrens Claud. lib. 1. in Ruf. v. 266.
Saxa rotat, voluitq́; nemus, pontesq́; reuellit,
Frangitur obiectu scopuli, quærénsque meatum
Spumat, & illisa montem circumtonat vnda.

Fugientis cum vento.

Tremuere gradus, elapsaq́; iuxta Stat. lib. 4. v. 312.
Tela. fugit syluas pernicior alite vento
Saxa per & plenis obstantia flumina ripis.

Fugientis aliquem cum ceruo.

Quem tu, ceruus vti vallis in altera Horat. lib. 1. Carm. Ode. 15.
Visum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu.

Fugientium cum feris fugientibus ardente saltu.

Ductore amisso pedibus se credere Celtæ Sil. lib. 4.
Vna spes animæ, tantúsque pependerat ardor.
Ac veluti summo venator densa Picano
Cùm lustra exagitat, spissisq́; cubilibus atram
Immittit passim dumosa per inuia pestem,
Dum tacitas vires, & flammam colligit ignis;
Nigranti piceus sensim caligine vertex
Voluitur, & pingui contorquet nubila fumo:
Mox subita in toto lucent incendia monte;

Fit sonitus; fugere feræ, fugere volucres,
Atque vnâ longæ trepidant in valle iuuencæ.

Fugientis hostem cum columba fugiente accipitrem, cerua tigridem.

Sil. lib. 5 *Tùm verò aspiceres pauitantem, & condere sese*
Nitentem sociis iuuenem: ceu tigride cerua
Hyrcana cùm pressa tremit; vel territa pennas
Colligit, accipitrem cernens in nube columba;
Aut dumos subit, albenti si sensit in æthra
Librantem visus aquilam lepus ore citato.

Fugientis cænam alicuius cum Phœbo Thyestæ mensam fugiente.

Mart. lib. 3 Epig. 34 *Fugerit an mensas Phœbus, cænamq; Thyestæ,*
Ignoro; fugimus nos Ligurine tuam.

Fugientium cum tempestate, imbribus, ventis.

Quare, aut congressa peribunt,
Lucret. lib. 1. *Aut ita diffugient, vt tempestate coacta*
Fulmina diffugere, atq; imbres, ventosq; videmus.

Fugientis cum agna lupum fugiente, cerua leonem, columba aquilam.

——fugit ocyor aura
Ouid. lib. 1. Metam. *Illa leui, nec ad hæc reuocantis verba resistit:*
Nympha, precor, Peneia mane, non insequor hostis;
Nympha mane: sic agna lupum, sic cerua leonem,
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ.

Fu-

Fugientis cum columba, accipitrem fugiente.

Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat, Ouid.
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ; lib. 5.
Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas. Metam.

Fugientis cum cerua, anate, &c.

Visa fugit Nymphe, veluti perterrita fuluum Ouid.
Cerua lupum, longeq́ue lacu deprensa relicto lib. 11.
Accipitrem fluuialis anas: quam Troius heros Metam.
Insequitur, celeremq́ue metu celer vrget amore.

Fugientium cum gregibus leones fugientibus.

Non aliter, quàm cùm Libyca de gente leones
Inuadunt sparsos lata per arua greges, Ouid.
Diffugiunt hostes, inhonestaq́ue vulnera tergo Fast. lib.
Accipiunt. Thusco sanguine terra madet. 2. v. 209

Fugientis cum dama.

Cumq́ue metu rapitur, tunica velata recincta Ouid.
Currit, vt auditis territa dama lupis. Fast. lib. 3. v. 645.

Sabinarum fugientium cum columbis & agna.

Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbæ, Ouid.
Vtq́ue fugit visos agna nouella lupos: lib. 1.
Sic illæ timuêre viros sine lege ruentes, Amor.

Constitit in nulla, qui fuit ante, color.

Fugientium audito hostium aduentu cum iis, qui vrbe incisa fugiunt.

Lucan. lib. 1. *Tunc quæ tuta petãt, & quæ metuenda relinquant,*
Incerti, quò quemq; fugæ tulit impetus, vrgent
Præcipitem populum, serieq; hœrentia longa
Agmina prorumpunt. credas aut tecta nefandas
Corripuisse faces, aut iam quatiente ruina
Nutantes pendere domos: sic turba per vrbem
Præcipiti lymphata gradu, velut vnica rebus
Spes fores afflictis, patrios excedere muros
Inconsulta ruit: qualis cùm turbidus Auster
Reppulit a Libycis immensum Syrtibus æquor;
Fractaq; veliferi sonuerunt pondera mali.

Fugientis aliquem cum debitore creditorem fugiente.

Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3. v. 86. *Odisti, & fugis, vt Drusonem debitor æris:*
Qui nisi, cùm tristes misero venere Kalendæ,
Mercedem aut nummos vnde vnde extricat, amaras
Porrecto iugulo historias, captiuus vt, audit.

Fugientis occultè cum venatore.

Val. Fla. lib. 1. *Ille vbi se mediæ per scuta, virosq; carinæ*
Intulit, ardenti Æsonides retinacula ferro
Abscidit: haud aliter saltus, vastataq; pernix
Venator cum lustra fugit, dominoq; timentem
Vrget equum, teneras complexus pectore tigres,

Quas astu rapuit pauido, dum sæua relictis
Mater in aduerso catulis venatur Amano.

Fugientis aliquem cum Romanis olim fugientibus elephantos.

Cur me propinquum Santonorum mœnibus Auson. Epist. 15
Declinas, vt Lucas boues
Olim, resumpto præferoces prælio,
Fugit iuuentus Romula?

Fugientium, & timentium Harpyias, cum Italis Vesuuii flammas timentibus.

Hoste nouo turbata lues, lapsæq; rapinæ Val. Fla. lib. 4.
Faucibus. & primum pauidæ Phineia tecta
Peruolitant, mox alta petunt; stant littore fixi
Hæmonidæ, atq; oculis palantia mōstra sequuntur.
Sic vbi prorupti tonuit cùm forte Veseui
Hesperiæ lethalis apex, vix dum ignea montem
Torsit hiems, iamq; Eoas cinis induit vrbes:
Turbine sic rapido populos, atque æquora longè
Trans abeunt, nullâque datur considere terra.

Fugientis post stragem editam cum lupo stabula depopulante.

Ille velut pecoris lupus expugnator opimi Stat. lib. 4. Theb. v. 363.
Pectora tabenti saniegrauis, hirtáque setis
Ora cruentata deformis hiantia lana
Decedit stabulis, huc illuc turbida versans
Lumina, si duri compertâ clade sequantur

Pastores, magniq́; fugit non inscius ausi.
Accumulat crebros turbatrix fama pauores.

Fugientium & charissima quæque rapientium cum iis, qui in tempestate sunt constituti.

Petronius Arbiter.

Sunt qui coniugibus mœrentia pectora iungant,
Grandæuosq́; patres: onerisq́; ignara iuuentus
Id pro quo metuit, tantùm trahit; omnia secum
Hinc vehit imprudens, prædámque in prælia ducit.
Ac velut ex alto quum magnus inhorruit Auster,
Et pulsas euertit aquas, non arma ministris
Non regimen prodest: ligat alter pondera pinus,
Alter tuta sinu, tranquillaq́; littora quærit,
Hic dat vela fugæ, fortunæq́; omnia credit.

Fugientium cum Gallis à Camillo pulsis.

Sulpicia in Satyrico.

Quid facimus? Graios hominúmque relinquimus vrbes,
Vt Romana foret magis his instructa magistris:
Nunc Capitolino veluti turbante Camillo
Ensibus, & trutina Galli fugêre relicta:
Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi
Vt ferale suos onus exstirpare libellos.

FVLGERE.

Fulgentis æris, & fulgorem sursum emittentis cum fluctu maris.

——— *araq́; fulgent*

Sole laceſſita, & lucem ſub nubila iactant:
Fluctus vti primo cæpit cùm albeſcere vento, Virg. li. 7. v. 326
Paulatim ſeſe tollit mare, & altius vndas
Erigit, inde imo conſurgit ad æthera fundo.

Fulgentis in armis cum Lucifero fulgente.

Ipſe agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conſpectus in armis: Virg. li. 8. v. 587
Qualis vbi Oceani perfuſus Lucifer vndâ,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit igneis,
Extulit os ſacrum cælo, tenebraſque reſoluit.

Fulgentis in armis cum nube fulgente.

Miratúrque, intérque manus, & brachia verſat
Terribilem criſtis galeam, flammaſque vomentem, Virg. li. 8. v. 619
Fatiferúmque enſem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis cùm cærula nubes
Solis inardeſcit radiis, longéque refulget.

Fulgentis in armis cum Cometâ & Sirio.

Ardet apex capiti, criſtíſque à vertice flamma Virg. li. 10. v. 270.
Funditur, & vaſtos vmbo vomit aureus ignes:
Non ſecùs, ac liquidâ ſi quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille ſitim, morbóſque ferens mortalibus ægris
Naſcitur, & læuo contriſtat lumine cælum.

FVLGOR, vide SPLENDOR.

FVLMEN.

Fulminis vnius cum altero.

Senec. in Herc. Oet. v. 854. *Emitte telum, quale in errantem prius*
Phaëthonta missum est.

Fulmine percussi cum traiecto cuspide.

Stat. lib. 10 v. 613. ——— *grandem subiti cùm fulminis ictum*
Non secus, ac tortâ traiectus cuspide pectus
Accipit exanimis, sentitque Menœcea posci.

Fulminis res omnes inflammantis cum igne ex lapide excusso.

Lucret. lib. 6. *Vt lapidem ferro cùm cadimus euolat ignis,*
Nec quod frigida vis sit ferri, hoc. secius illa
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoque res accendi fulmine debet,
Opportuna fuit si forte, & idonea flammis.

FVMVS.

Fumi diem obfuscantis cum humore ex aqua descendente.

——— *Memnonis arduus alto*
Ouid. li. 13. Metam. *Corruit igne rogus, nigrique volumina fumi*
Infecêre diem: veluti cùm flumina natas
Exhalant nebulas, nec sol admittitur infrà.

FVNAMBVLVS.

Funambulorum cum Dædalo.

Stupea suppositis tenduntur vincula lignis, Ex Epigramm. veterũ.
Quæ fido ascendit docta iuuenta gradu:
Quæ super aërius protendit crura viator,
Vixque auibus facili tramite currit homo.
Brachia distendens gressum per inane gubernat,
Ne lapsu è gracili plantæ rudente cadat.
Dædalus adstruitur terras mutasse volatu,
Et medium pennis profecuisse diem:
Præsenti exemplo firmatur fabula mendax;
Ecce hominis cursus funis & aura ferunt!

FVR.

Furis cum Autolyco.

Adspicis hunc vno contentum lumine, cuius Mart. li. 8. Epigr. 56.
Lippa sub attritâ fronte lacuna patet?
Ne contemne caput; nihil est furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Furis peritissimè furantis cum Massa, &c.

Hermogenes tantus mapparum, Pontice, fur est, Mart. li. 12. Epig. 25.
Quantus nummorum, vix puto, Massa fuit.
Tu licèt obserues dextram, teneasq; sinistram:
Inueniet, mappam quâ ratione trahat.
Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem:
Casuras altè sic rapit Iris aquas.

FVRERE.

Furentis cum Sacerdote Cybeles.

Virg. in Ceire v. 163. *Quæ ſimul ac venis hauſit ſitientibus ignem,*
Et validum penitus concepit in oſſa furorem:
Sæua velut gelidis Ciconum Biſtonis in oris,
Iactáue barbarico Cybeles antiſtita buxo,
Infelix virgo totâ bacchatur in vrbe,
Non ſtorace Idæo flagrantes picta capillos
Cognita; non teneris pedibus Sicyonia ſeruans;
Non niueo retinens baccata monilia collo.

Furentis Didonis cum Baccha.

Virg. li. 4. Æn. v. 800. *Sæuit inops animi, totamq́; incenſa per vrbem*
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cythæron.

Furentis cum tauro.

Virg. lib. 12. v. 101. *His agitur furijs, totóque ardentis ab ore*
Scintillæ abſiſtunt: oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, ventóſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

Cereris furentis cum tigride.

Arduus Hyrcanâ quatitur ſic matre Niphates,
Cuius Achæmenio regi ludibria natos

Auexit

Auexit tremebundus eques; fremit illa marito Claud.
Mobilior Zephyro, totámque virentibus iram lib. 3. de
Dispersit maculis, nimiúmque haustura profundo Rapt. v.
Ore virum, vitrea tardatur imagine forma. 263.
Haud aliter toto genitrix bacchatur Olympo.

Furentis cum tigride.

Talis erat correpta sinus, cum vertice flauum Stat. lib.
Crinem sparsa Noto: raptis velut aspera natis 4. Theb.
Prædatoris equi sequitur vestigia tigris. v. 315.

Furentis cum Baccha.

Cùm subitò horrendas aui matura Polyxo Stat. lib.
Tollitur in furias, thalamísque insueta relictis 5. Theb.
Euolat: insano veluti Theumesia Thyas v. 90.
Rapta Deo, cùm sacra vocant, Idææq; suadet
Buxus, & a summis auditus montibus Euan:
Sic erecta genas, aciémque effusa trementi
Sanguine, desertam rabidis clamoribus vrbem
Exagitat, clausasq; domos, & limina pulsans
Concilium vocat infelix.

Furentium mulierum cum Leænis famentibus.

Vigilant nuptæq;, nurúsque
In scelus, atque hilares acuunt fera tela sorores:
Inuasere nefas. cuncto sua regnat Erynnis Stat. lib.
Pectore: non aliter Scythicos armenta per agros 5. Theb.
Hyrcanæ clausere Leæ, quas exigit ortu v. 231.
Prima fames, auidíque implorant vbera nati.

Fu-

Furentis cum leone vulnerato, & tigride.

Stat. lib. 6. v. 781. *Nescit adhuc Capaneus, subitúmque per agmina murmur*
Miratur; verùm vt fessam super ora reduxit
Fortè manum, & summo maculas in vellere vidit:
Non leo, non iaculo tantum indignata recepto
Tigris, agit toto cedentem feruidus aruo,
Præcipitatq; retrò iuuenem, atq; in terga supinat
Dentibus horrendùm stridens, geminatq; rotatas
Multiplicatq; manus.

Furentis cum leone vulnerato.

Val. Fla. lib. 3. *Ille velut, refugi quem contigit improba Mauri*
Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur,
Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem:
Sic furiis accensa gerens Tirynthius ora
Fertur, & intento decurrit montibus arcu.

Furentis cum Claudio Imperatore & Ioue.

——— *tamen hoc tolerabile, si non*
Iuuen. lib. 2. Sat. 6. *Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis,*
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit, quæ non faciet quod Principis vxor?
Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,
Non aliter, quàm si fecisset Iuno maritum
Insanum.

Furentis cum leæna & tigride, &c.

Claud. lib. 1. in Ruf. v. 225. *Effera prætumido quatiebat corda furore.*
Quæ sic Getuli iaculo percussa Leæna,
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus,
Aut

Aut serpens calcata furit?

Furentis tauri cum mari tempestuoso.

Ut tandem stetit, & torto se lumine flexit, Val. Fla. lib. 7.
Qui prior aduersi respexit Iasonis arma,
Cunctatus paulum, subito furit. aequora non sic
In scopulos irata ruunt, eademq; recedunt
Fracta retrò. bis fulmineis se flatibus infert,
Obnubitq; virum: sed non incendia Colchis
Aspirare sinit; clypeoq; illiditur ignis
Frigidus, & viso pallescit flamma veneno.

Furentis cum Mænadibus.

Utq; tuo motæ, proles Semeleïa, Thyrso Ouid. li. 9. Meta.
Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ:
Biblida non aliter latos vlulasse per agros
Bubasides videre nurus; quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat.

Furentis cum tauro.

Surgit, &, vt taurus vaccâ furibundus ademptâ Ouid li. 13. Metam.
Stare nequit, syluaq;, & notis saltibus errat.

Furentis cum Mænadibus & vacca.

Mentis inops rapitur, vt quas audire solemus Ouid li. 4. Fast. v. 455.
Threicias fusis Mænadas ire comis:
Ut vitulo mugit sua mater ab vbere rapto,
Et quærit fœtus per nemus omne suos:
Sic Dea; nec retinet gemitus, & concita cursu
Fertur.

Furibundæ, & hinc inde discurrentis cum Megæra.

Claud. lib. 3. de rapt. v. 385.

——— Ascendit fastigia montis anheli,
Exsuperátque æstus, & nulli peruia saxa,
Atque indignantes vestigia calcat arenas.
Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torua Megæra ruit: Cadmi seu mœnia poscat,
Siue Thyestæis properet sæuire Mycenis.
Dant tenebræ, manesq́; locum, plantisq́; resultant
Tartara ferratis, donec Phlegethontis in vnda
Constitit, & plenos accepit lampade fluctus.

Furentis cum Baccha.

Senec. in Herc. Oet. v. 701.

Sed quid pauido territa vultu,
Qualis Baccho saucia Thyas,
Fertur rapido regina gradu?

Furentis cum Ino.

Val. Fla. lib. 8.

Illa velut torto Furiarum eiecta flagello
Prosilit, attonito qualis pede prosilit Ino
In freta, nec parui meminit conterrita nati,
Quem tenet; extremum coniux ferit irritus Isthmon.

Furentis cum Agaue.

Itat. lib. 11. v. 316.

Scissa comas, vultuq́;, & pectore nuda cruento,
Non sexus, decorisq́; memor; Penthēia qualis
Mater ad insani scandebat culmina montis,
Promissum sæuo caput allatura Lyæo.
Non comites, non ferre ipsæ vestigia natæ
Æqua valent, tantum miseræ dolor vltimus addit

Ro-

Robur, & exsangues crudescunt luctibus anni.

Furentis cum Mænade.

Incerta qualis entheos cursus tulit, Senec. in
Cùm iam recepto Mænas insanit Deo, Med. v.
Pindi niualis vertice, aut Nisæ iugis: 382.
Talis recursat huc & huc motu effero,
Furoris ore signa lymphati gerens.

Furentis cum tigride & Mænade.

Stetit furenti similis, ac toruùm intuens Senec. in
Herculea coniux: fœta vt armento iacens Herc.
Sub rupe tigris, hoste conspecto, exsilit: Oet. v.
Aut iussa thyrsum quatere, conceptum ferens 240.
Mænas Lyæum, dubia quò gressus agat,
Hæsit parumper: tum per Herculeos lares
Lymphata rapitur; tota vix satis est domus.
Incurrit, errat, sistit, in vultus dolor
Processit omnis; pectori pæne intimo
Nihil est relictum: fletus insequitur genas,
Nec vnus habitus durat, aut vno furit
Contenta vultu: nunc inardescunt genæ,
Pallor ruborem pellit, & formas dolor
Errat per omnes: queritur, implorat, gemit.

Furentis mulieris cum Scylla, Charybde, fera.

O quàm cruentus feminas stimulat dolor, Senec. in
Cùm patuit vna pellici, & nupta domus! Herc.
Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta Oet. v.
Minus est timenda: nulla non melior fera est. 233.

Furentis cum inferis iratis.

Sil.lib.2. *Et laeua infelix ardentem lampada quassans,*
Squallentemq́ erecta comam, ac liuentia planctu
Pectora nudatis ostendens saeua lacertis,
Ad tumulum muri super ipsa cadauera fertur.
Qualis vbi inferni dirum tonat aula parentis,
Iraq́ turbatos exercet regia manes,
Alecto solium ante Dei, sedémque tremendam
Tartareo est operata Ioui, pœnasq́ ministrat.

Furentis cum Baccha.

——— adhaec fœdata genas laceratáq́ crines,
Sil.lib.4. *Atque vrbem complet mœsti clamoris Imilce:*
Edonis vt Pangaea super Trieteride mota
It iuga, & inclusum suspirat pectore Bacchum.

Furentis cum Baccha.

Ouid. epist. 9. Heroid. *Aut ego diffusis erraui sola capillis,*
Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.

Furentis cum Baccha.

Ouid.li. de arte Amãdi. *Nec mora; per medias sparsis furibunda capillis*
Euolat, vt Thyrso concita Baccha, vias.

Furentis cum Baccha.

Nam qualis vertice Pindi
Lucan. Lib.1. *Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo:*
Talis & attonitam rapitur matrona per vrbem,
Vocibus his prodens vrgentem pectora Phœbum.

Furen-

Furentis cum Sacerdote Cybeles.

Vadit atrox visu, nec corde, nec aure pauescens, Stat. lib. 12 v. 222.
Et nimijs confisa malis, propiórque timeri:
Nocte velut Phrygiâ cùm lamentata resultant
Dindyma, pinigeri raptur Simoentis ad amnem
Dux vesana chori, cuius Dea sanguine lecto
Ipsa dedit ferrum, & vittata fronte notauit.

Furentis cum mari.

En fusus humi saua feroci Senec. in Hercule Furent. 1085.
Corde volutat somnia: nondum est
Tanti pestis superata mali.
Clauaéq; graui lassum soluius
Mandare caput, quarit vacua
Pondera dextra, motu iactans
Brachia vano. nec adhuc omnes
Expulit astus: sed, vt ingenti
Vexata Noto, seruat longos
Vnda tumultus, & iam vento
Cessante tumet.

Furori cedendum est, vt natator cedit æstui.

Dum furor in cursu est, currenti cede furori: Ouid. li. 1 de Re. Amor.
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo, qui cùm discedere possit,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.

GAVDERE.

Gaudentium aduentu ducis cum armentis ob aduentum magiſtri gaudentibus.

——— properantibus vndique ſignis
Claud. *Conueniunt, viſoq́; animi Stilicone recepti*
de bello *Singultus varios, lachrimoſaq́; gaudia miſcent.*
Getico *Sic armenta boum, vaſtis quæ turbida ſyluis*
v.400. *Spargit hyems, cantus & ſibila nota magiſtri*
Certatim repetunt, vel nota paſcua vallis,
Inq́; vicem ſe voce regunt, gaudéntque fideles
Reddere mugitus, & qua ſonus attigit aurem,
Rara per obſcuras apparent cornua frondes.

Gaudentis ob oblatam pugnæ occaſionem cum iuuenco audito hoſte.

——— Turbatus inhorruit altis
Stat. lib. *Rex odiis, mediaq́; tamen gauiſus in ira eſt.*
11. The. *Sic vbi regnator, poſt exſulis otia tauri,*
v.249. *Mugitum hoſtilem ſumma tulit aure iuuencus,*
Agnouítque minas; magnâ ſtat feruidus ira
Ante gregem, ſpumíſque animos ardentibus effert,
Nunc pede toruus humum, nunc cornibus aëra findens.
Horret ager, trepidæq́; exſpectant prælia vaccæ.

Gaudia inexſpectata gratiora, vt tranquillitas maris poſt tempeſtatem.

Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores.

Vtq́;

Vtq; sub occidua iactatis Pleiade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum:
Sic mihi tunc maior Stilico, cùm læta periclis
Melior, atque illi redeunt in corda tumultus.

Claud. de bello Getico v. 208.

Gaudentis cum Agamemnone, Vlysse, &c.

Non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho est,
Cùm caderent magnæ Laomedontis opes;
Nec sic errore exacto lætatus Vlysses,
Cùm tetigit charæ littora Dulichiæ;
Nec sic Electra, saluum cùm aspexit Orestem,
Cuius falsa tenens fleuerat ossa soror;
Nec sic incolumem Minois Thesea vidit,
Dædaleum lino cùm duce rexit iter.

Propert. lib. 2.

Gaudentis, se quietem adeptum cum gruibus, postquam frigore fugato in Ægyptum peruenerunt.

Vix ibi sedatis requierunt pectora curis,
Ceu patrio super alta grues Aquilone fugatæ
Cùm videre Pharon, tunc æthera latius implent,
Tunc hilari clangore sonant. iuuat orbe sereno
Contempsisse niues, & frigora soluere Nilo.

Stat. lib. 12. The. v. 514.

Gaudentis ob connubium cum Paride.

Quis tibi tunc alacri, cælestum munere claro
Stella dies? quanto salierunt pectora voto?
Dulcia cùm dominæ dexter connubia vultus
Annuit, ire polo, nitidósque errare per axes
Visus. Amyclæis minùs exsultauit arenis

Stat. lib. 1. Syl. in Epithal. Stellæ, & Violantillæ v. 212.

Gaudentium Baccharum cum Gange gaudente se subactum à Baccho.

Gaudent matresq́, nurusq́,
Ogygiæ: qualis thyrso bellante subactus Stat. lib. 12 v. 786.
Mollia laudabat iam marcidus Orgia Ganges.

Gaudentis rebus paruis cum puella gaudente lusu nutricis.

Nunc tibicinibus, nunc est gauisa Tragœdis, Horat. lib. 2. Epist. 1.
Sub nutrice puella velut si luderet infans.

GENERATIO.

Generationis rerum post diluuium cum animalibus nascentibus in Ægypto.

——— Fœcundaq́, semina rerum
Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo Ouid li. 1. Meta.
Creuerunt, faciemq́, aliquam cœpere morando.
Sic vbi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alueo;
Æthereoq́, recens exarsit sidere limus,
Plurima cultores versis animalia glebis
Inueniunt, & in his quædam modò cœpta per ipsum
Nascendi spatium; quædam imperfecta, suisq́,
Trunca vident humeris, & eodem corpore sæpe
Altera pars viuit, rudis est pars altera tellus.

GENEROSVS.

Generosè morientis pueri cum tenero catulo feræ alicuius.

Nec gradu segni puer
Senec. in Troade v.1094. *Ad alta pergit mœnia. vt summa stetit*
Proturre, vultus huc & huc acres tulit
Intrepidus animo: qualis ingentis feræ
Paruus tenerq́; fœtus, & nondum potens
Sæuire dente, iam tamen tollit minas,
Morsusq́; inanes tentat, atque animis tumet:
Sic ille dextra prensus hostili puer
Ferox superbè mouerat vulgum, ac duces,
Ipsumq́; Vlyssem: non flet è turba omnium,
Qui fletur.

Generosi facilè placantur, vt leo.

Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,
Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet.
At lupus & turpes instant morientibus vrsi:
Ouid. li. 3. Trist. Eleg. 5. *Et quæcunque minor nobilitate fera est.*
Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanii lachrimas non tulit ille senis.
Quæ ducis Æmathij fuerit clementia, Pharos
Præclariq́; docent funeris exsequiæ.
Néue hominum referam flexas ad mitius iras:
Iunonis gener est, qui priùs hostis erat.

Ge-

Generosi & victi cum Typhone, &c.

Ille iacet laceræ complexus fragmina turris, Stat lib.
Toruus adhuc visu, memorādaq; facta relinquens 11. The.
Gentibus, atque ipsi non illaudata Tonanti: v. 9.
Quantus Apollineæ temerator matris Auerno
Tenditur, ipsæ horrent, si quando pectore ab alto
Emergunt volucres, immensaq; membra iacentis
Spectant, dum miseræ crescunt in pabula fibræ:
Sic grauat iniectus terras, hostiliaq; vrit
Arua, & anhelantem cælesti sulphure campum.

Generosè morientis cum triumphante.

Qualis per vrbes duxit Argolicas canem, Senec.in
Cum victor Erebi Dite contempto redit Herc.
Tremente fato, talis incubuit rogo. Oet. v.
Quis sic triumphans lætus in curru stetit 168.
Victor? quis illo gentibus vultu dedit
Leges Tyrannus?

Generosè ad mortem tendentis cum euntibus ad locum aliquem recreandi animi causa.

Atqui sciebat, quæ sibi barbarus Horat.
Tortor pararet; non aliter tamen lib. 3.
Dimouit obstantes propinquos, Carm.
Et populum reditus morantem, Ode v.
Quàm si clientum longa negotia
Dijudicatâ lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Generosè morientis cum discumbente in conuiuio.

——— *& imposita claua ceruice recumbens,*
Ouid.li. *Haud alio vultu, quam si conuiua iaceres*
9.Meta. *Interplena meri redimitus pocula sertis.*

Generosi, quamuis fracti, cum tauro.

Stat.lib. *Insomnesq́; oculos rubor excitat, oraq́; retrò*
3.Theb. *Sorbet anhela sitis. mens altum spirat honorem*
v. 328. *Conscia factorum: sic nota in pascua taurus*
Bellator redit, aduerso cui colla, suoq́;
Sanguine, proscissiq́; natant palearibus armi.
Tunc quoque lassa tumet virtus, multúmque superbit
Pectore despecto. vacua iacet hostis arena
Turpè gemens, crudosq́; vetat sentire dolores.

Generosi à vili cæde abstinentis cum Leone.

——— *tadet fugientibus vti*
Stat.lib. *Thèsea, nec facilem dignatur dextra cruorem.*
12.The. *Cætera plebeio desæuit sanguine virtus.*
v. 776. *Sic iuuat exanimis proiectaq́; præda canesq́;,*
Degeneresq́; lupos; magnos alit ira leones.

Generosæ cum Amazone & Baccha.

Senec.in *Resistam, inermes offeram armatis manus:*
Troade *Dabit ira vires; qualis Argolicas ferox*
v. 670. *Turmas Amazon strauit: aut qualis Deo*
Percussa Mænas entheo syluas gradu,

Ar-

Armata thyrso terret, atque expers sui
Vulnus dedit, nec sensit. in medios ruam,
Tumuloq; cineris socia defenso cadam.

GIGANTES.

Gigantum cum altis arboribus.

Cernimus adstantes nequicquam lumine toruo Virgil. Æneid. lib. 3.
Ætnaeos fratres, cælo capita alta ferentes;
Concilium horrendum: quales cùm vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylua alta Iouis, lucusq; Dianæ.

GLADIVS.

Gladii cum ense Orionis.

——— latus ense quieto Stat. lib. 1. Sylu. 1.
Securum: magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hybernis, & sidera terret Orion.

GLORIA.

Gloria aduersis crescit vt in Penelope, Euadne, aliis.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus Ouid. li. 5 Trist. Eleg. 8.
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,
Penelope felix, sed sine laude foret.
Victor Echionias si vir penetrasset in arces,
Forsitan Euadnen vix sua nosset humus.
Cùm Peliagenitæ tot sint, cur nobilis vna est?
Nempe fuit misero nupta quòd vna viro.

Effice

Effice vt Iliacas tangat prior alter arenas:
Laodameia nihil, cur referatur, erit.
Et tua, quod malles, pietas ignota maneret;
Implerent venti si mea vela sui.

GRATVS.

Grati Ducis populo cum aliis rebus, desideratis & gratis.

Claud. lib. 3. de laude Stilicon. v. 56.
Non sic virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non fessis optantur flamina nautis,
Ut tuus adspectus populo. quæ numine tanto
Littora fatidicas attollunt Delia lauros,
Venturi quoties affulsit Apollinis arcus?
Quæ sic aurifero Pactoli fonte tumescit
Lydia, cùm domitis apparuit Euius Indis?

Grati Ducis cum vere.

Horat. lib. 4. Ode 5.
Instar veris enim vultus vbi tuus
Affulsit populo: gratior it dies,
Et soles meliùs nitent.

Grati carminis cum somno iuxta aquam.

Virg. Ecl. 5. v. 45.
Tale tuum carmen nobis diuine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine; quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.

GRAVITAS.

Grauitatis aſpectus cum ſeuero vultu Hecubæ & Andromaches.

Vultus indue tu magis ſeueros, Mar.lib.
Quam coniux Priami nuruſq; maior. 2.Epig.
Mimos ridiculi Philiſtionis, 41.
Et conuiuia nequiora vita,
Et quicquid lepida procacitate
Laxat perſpicuo labella riſu.

H.

HABITARE.

Habitantium in ſpeluncis cum Septemtrionalibus.

Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta Virgil.
Otia agunt terra, congeſtaq; robora, totaſq; Georg.
Aduoluere focis vlmos, igniq; dedere. lib. 3. v.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti 379.
Fermento, atque acidis imitantur vitea ſorbis.
Talis hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni
Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro,
Et pecudum fuluis velantur corpora ſetis.

HÆRERE.

Hærentis nauis in breuibus cum Inſula.

Sedit limoſo preſſa carina vado.
Quiſquis adeſt operi, pluſquam pro parte laborat: Ouid.li. 4. Faſt.
Adiu- v. 298.

Adiuuat & fortes voce sonante manus.
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto.

HALITVS.

Halitum trahentis cum folle.

Auson. Eid. 10.
Iam piger inualido vibratur corpore plausus,
Torpida supremos patitur iam cauda tremores,
Nec coëunt rictus: haustas sed hiatibus auras
Reddit mortiferos exspirans branchia flatus.
Sic vbi fabriles exercet spiritus ignes,
Accipit alterno cohibetq́, foramine ventos
Lanea fagineis alludens parma cauernis.

HIARE.

Hiantis cum pullo hirundinis.

Iuuen. lib. 4. Saty. 10.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantùm: ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat pleno mater ieiuna.

HONORARE.

Honorantis aliquem cum Græcia Castorem, & Herculem colente.

Horat. lib. 4. Carm. Ode 5.
Te multa prece, te prosequitur mero
Defuso pateris, & laribus tuum
Misces numen: vti Græciá Castoris,
Et magni memor Herculis.

HO-

HONOR.

Honori esse suis cum vitibus, vuis, &c.

Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ, Virgil.
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis: Eclog. 5.
Tu decus omne tuis. v. 32.

HORRERE.

Horrentium adspectum periculorum, cum nauta horrente maris tempestatem.

——— *& nascitur altera moles,*
Vnde nec edomitos exsudatosq́ labores Sil. lib. 5.
Respexisse libet: tantâ formidine plena
Exterrent repetita oculis, atque vna pruinæ
Canentis quâcumque datur permittere visus,
Ingeritur facies: medio sic nauita ponto,
Cum dulces liquit terras, & inania nullos
Inueniunt ventos securo carbasa malo,
Immensas prospectat aquas, ac victa profundis
Æquoribus fessus renouat sua lumina cælo.

HORRIDVS.

Horridi & setosi cum echino.

Videbis istum, qualis adstet cominus
Imago fortunæ suæ; Auson. epist. 22.
Canus, coniosus, hispidus, trux artubus
Terentianus Phormio:
Horrens capillis, vt marinus asperis
Echinus, aut versus mei.

Hor-

Horrentis capillis cum echino & apro.

Horat. li. Epod. Ode 5.

At expedita Sagana per totam domum
Spargens Auernales aquas
Horret capillis, vt marinus, asperis
Echinus, aut currens aper.

HORTARI.

Mulierum hortantium viros ad pugnam cum apibus.

Stat. lib. 10. Thc. v. 567.

Ipsæ tela viris, ipsæ iram, animosq; ministrant,
Hortanturq́; vnaq́; ruunt, nec auita gementes
Limina, nec paruos cessant ostendere natos.
Sic vbi pumiceo pastor rapturus ab antro
Armatas exegit apes, fremit aspera nubes,
Inq́; vicem sese stridore hortantur, & omnes
Hostis in ora volant: mox deficientibus alis
Amplexa, flauamq́; domum, captiuaq́; plangunt
Mella, laboratasq́; premunt ad pectora ceras.

Hortantis alterum ad generosa facta per trophæorum enumerationem cum Phœnice.

Stat. lib. 5. Sym. 2. v. 150.

Belligeris hæc dona Deis, hæc tela dicauit.
Cernis adhuc titulos; hunc ipse vacantibus armis
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.
Qualiter in Teucros victricia bella parentis
Ignotum Pyrrho Phœnix narrabat Achillem.

HORTVS.

Horti floribus conſpicui cum cingulis Parthicis, purpura, &c.

——— omnis in herbas
Turget humus medioq́; patent conuexa ſereno: Claud. lib. 2. de Rap. v. 90.
Sanguineo ſplendore roſas, vaccinia nigro
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quæ tantis ornantur cingula gemmis
Regales iunctura ſinus? quæ vellera tantum
Ditibus Aſſyrii ſpumis fuſcantur aheni?
Non tales volucris pandit Iunonia pennas:
Non ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems, cùm tramite flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis.

Horti ſeu agri cum hortis Heſperidum.

Tulli iugera pauca Martialis, Mart. li. 4. Epigr. 51.
Hortis Heſperidum beatiora.

vide, LOCVS AMOENVS.

HOSPITALIS.

Hoſpitalis cum Alcinoo & Molorcho.

Tam comi patet hoſpitalitate, Mart. li. 4. Ep. 51.
Credas Alcinoi pios penates,
Aut facti modò diuitis Molorchi.

HOSTIS.

Hostes callidè allicientis ad pugnam cum serpente.

Lucan. lib. 4. v. 720.

Mittitur exigua, qui prœlia prima lacessat,
Eliciatq; manu Numidis a rege secundus,
Ut sibi commissi simulator Sabbura belli.
Ipse caua regni vires in valle retentat:
Aspidas ut Pharias cauda sollertior hostis
Ludit, & iratas incerta prouocat umbra,
Obliquansq; caput vanas serpentis in auras
Effusæ tuto comprendit guttura morsu
Lethiferam citra saniem: tunc irrita pestis
Exprimitur, faucesq; fluunt pereunte veneno.

Hostium occultè aduentantium cum lupis noctu euntibus ad prædam.

Stat. Achil. lib. 2. v. 28.

——— sed iam prævenerat arcis
Littoreæ seruator Abas, ignotaq; regi
Ediderat (sed Graia tamen) succedere terris
Carbasa. procedunt, gemini ceu fœdere iuncto
Hyberna sub nocte lupi, licèt & sua pulset,
Natorumq; fames; penitus rabiemq; minasq;
Dissimulant, humilesq; meant, ne nuntiet hostes
Cura canum, & trepidos moneat vigilare magistros:
Sic segnes Heroes eunt.

Hostem contem[illegible]tis cum Typhœo Bacchum [illegible]am oppugnante.

Val. Fla. lib. 4.

Illum [illegible] [illegible]ē, nec mole tremendū,
Vix-

[illegible] Min[illegible]

Vixdum etiam primæ ſpargentem ſigna iuuentæ,
Ore renidenti luſtrans obit, & fremit auſum,
Sanguineoſq; rotat furiis ardentibus orbes:
Non aliter iam regna poli, iam capta Typhœus
Aſtra ferens, Bacchum ante acies, primamq; Deo-
rum
Pallada, & oppoſitos doluit ſibi virginis angues.

HYPOCRITA.

Hypocritæ cum ſepulcro depicto.

——— *ſed nil tibi gloria, ſæue* Sedull.
Traditor, illa dabat pedibus conſiſtere mundis,
Qui ſenſu pollutus eras: velut omne ſepulcrum
Exteriora gerens albæ velamina formæ,
Sordibus internis, fœdoq; cadauere plenum.

Hypocritarum cum ſepulcro depicto.

Vos ſimiles dicam tectis ſplendore ſepulcris, Iuuenc.
Quis facies nitida eſt, internaq; ſordida buſtis. lib. 4.

I

IACTARE.

Iacentis ſuper aceruum hoſtium cum Hercule iacente in Oeta.

——— *hoſtiles ſuper ipſe, vt victor, aceruos,*
Pacifera lauro crinem vittiſque decorus Stat. lib.
Accubat. haud aliter quam cùm poſcentibus aſtris 12. Theb.
Lætus in accenſa iacuit Tyrinthius Oeta. v. 64.

IACTARE SE.

Iactantis se absente fortiori cum cerua, apro, cete.

——— tali mentem pars maxima flatu
Val. Fla. lib. 3. *Erigit, & vana gliscunt praecordia lingua.*
Saltibus vt mediis tum demum laeta reducit
Cerua gregem, tum gestit aper, reboatq́ue superbis
Cominus vrsa lupis, cùm sese Martia tigris
Abstulit, aut curuo tacitus leo condidit antro.

IACVLARI.

Iaculantium & clamantium cum gruibus.

——— clamorem ad sidera tollunt
Virg. lib. 10. Æn. v. 262. *Dardanidae è muris. spes addita suscitat iras.*
Tela manu iaciunt: qualis cùm nubibus atris
Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant
Cum sonitu, fugiuntq́ue Notos clamore secundo.

Iaculandi periti cum Hercule.

Claud. de 4. Conf. Hon. v. 527. *Quae vires iaculis! vel cùm Gortynia tendis*
Spicula, quàm felix arcus, certiq́ue petitor
Vulneris, & iussum mentiri nescius ictum!
Scis quo more Cydon, qua dirigat arte sagittas
Armenius; refugo quae sit fiducia Partho.
Sic Amphioniae pulcher sudore palaestrae
Alcides pharetras, Circaeaq́ue tela solebat
Praetentare feris, olim domitura Gigantes,
Et pacem latura polo: sempérque cruentus
Ibat, & Alcmenae praedam referebat ouanti.

Iaculantis venenatas sagittas cum Daco.

Aut Hydro imbutas bis noxia tela sagittas Sil.lib.1.
Contendit neruo, atq; insultat fraude pharetra.
Dacus vt armiferis Getica telluris in oris
Spicula, quæ patrio gaudens acuisse veneno
Fundit, apud ripas inopina binominis Istri.

IANVS.

Iani cum Ianitore.

Vtq; sedens vester primi propè limina tecti Ouid.lib.
Ianitor, egressus introitusque videt: 1. Fast.
Sic ego prospicio cælestis Ianitor aulæ v. 13.
Eoas partes, Hesperiasq; simul.

IGNAVVS.

Ignaui Regis cum nauta dormiente, instante tempestate.

Non somni tibi tempus iners, qui nocte sub altâ Stat.lib.
Germani secure iaces; ingentia dudum 2.Theb.
Acta vocant, rerumq; graues ignaue paratus. v. 103.
Tu, veluti magnum si iam tollentibus Austris
Ionium nigra iaceat sub nube magister,
Immemor armorum, versantísque æquora claui,
Cunctaris.

Ignauorum hominum cum equis.

Sed venale pecus Corythæ posteritas, & Iuuen.
Hirpini si rara iugo victoria sedit. lib.3.
Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla Sat. 8.

Vmbrarum, dominos pretiis mutare iubentur
Exiguis, tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes, digniq; molam versare nepotis.

IGNIS.

Ignium cæleſtium cum crinibus, dolio, &c.

Manil. lib. 1.
Nam modò ceu longi fluitent de vertice crines,
Flamma comas imitata volat, tenuíſque capillus
Diffuſos radiis ardentibus explicat ignes.
Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis
Procero diſtenta vtero, paruosq; capillos
Mentitus, paruos ignis glomeratur in orbes,
Lampadas & fiſſus ramoſos fundit in ignes.
Præcipites ſtellæ paſſimq; volare videntur,
Exſurgúntque procul, volucres imitata ſagittas,
Arida cùm gracili tenuatur ſemita filo.

Ignis exundantis cum mari.

Virg. in Ætna v. 488.
*Scalig. legit. *Ac primùm tenues ſinuans cit Mulciber orbes.*

Quòd ſi fortè cauis cunctatus vaſibus hæſit,
Vtpote inæquales voluens perpaſcitur agros;
Ingeminat fluctus, & ſtantibus increpat vndis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æſtu,
**Ac primùm tenuis finus agit vlteriores;*
Progrediens late diffunditur, & ſuccernens.
Flumina conſiſtunt ripis, ac frigore durant,
Paulatímque ignes coeunt ac flammea meſſis.

IGNOBILIS.

Ignobilis cum palmite humi iacente.

——— *miſerum eſt aliorum incumbere famæ,*

Ne

Ne collapsa ruant subductis tecta columnis. Iuuenal.
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos. Sat. 8.

ILLVSTRATVS.

Illustrati cum nubibus cœlo pulsis.

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebræ, Boeth.
Luminibusq́; prior rediit vigor: lib. 1.
Vt cum præcipiti glomerantur sidera Coro, Metr. 3.
Nimbosisq́; polus stetit imbribus:
Sol latet, ac nondum cœlo venientibus astris
Desuper in terram nox funditur:
Nam si Threïcio Boreas emissus ab antro
Verberet, & clausam reseret diem;
Emicat, & subito vibratus lumine Phœbus
Mirantes oculos radiis ferit.

Illustratæ diuinitus in itinere cum Israelitis per columnam igneam.

Ingreditur pedibus laceris, Pruden-
Per loca senta situ, & vepribus, tius pe-
Angelico comitata choro. risteph.
Et licèt horrida nox sileat; in hym-
Lucis habet tamen illa ducem. no de S.
Sic habuit generosa Patrum Eulalia.
Turba columniferum radium,
Scindere qui tenebrosa potens
Nocte viam face perspicua
Præstitit intereunte Chao.
Non aliter pia virgo viam
Nocte sequuta diem meruit.

IMAGO.

Imaginis cum re ipſa.

Stat.lib. 4.Syl.6. *Nec torua effigies, epuliſque aliena remiſſis,*
Sed qualem parci domus admirata Molorchi,
Aut Aleæ lucis vidit Tegeæa ſacerdos:
Qualis & Oetæis emiſſus in aſtra fauillis
Nectar adhuc torua lætus Iunone bibebat:
Sic mitis vultus veluti de pectore gaudens
Hortetur menſas.

Imaginis ſpeculo impreſſæ cum forma ceræ impreſſa.

——— quoniam res conſit vtrimq;,
Lucret. lib.4. *Nunc ea quæ nobis membrorum dextera pars eſt,*
In ſpeculis fit vti læua videatur, eò quod
Planiciem ad ſpeculi veniens cùm offendit imago,
Non conuertitur incolumis, ſed recta retrorſum
Sic eliditur, vt ſi quis prius, arida quam ſit
Cerea perſona, allidat pilæue, trabiue:
Atque ea continuò rectam ſi fronte figuram
Seruet, & eliſam retrò ſeſe exprimat ipſa;
Fiet, vt antè oculus fuerit qui dexter, hic idem
Nunc ſit læuus, & è læuo ſit mutua dexter.

Imaginis cum Ioue.

Mart.li. 9.Epigr. 20. *Quis Pallatinos imitatus imagine vultus*
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
Hæc mundi facies, hæc ſunt Iouis ora ſereni;

Sic tonat ille Deus, cùm sine nube tonat.
Non solum tribuit Pallas tibi, Care, coronam:
Effigiem domini quam colis, illa dedit.

IMITATIO.

Imitationis rei nauticæ, cum re ipsa.

Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto, Mart. in præludiis Epig. 20.
Et vario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curuo,
Credidimus remum, credidimusq; ratem:
Et gratum nautis sidus fulgere Laconum,
Lataq; perspicuo vela tumere sinu.

IMMOTVS.

Immotæ cum salicibus & papaueribus.

Illa solo fixos oculos diuersa tenebat, Petron. Arbiter in Satyrico.
Nec magis incepto vultus sermone mouetur,
Quam lentæ salices, lassóue papauera collo.

IMPELLERE.

Impellentium se mutuò huc illuc lusu, cum sylua vento agitata.

Nunc simul erectis, pronis nunc ardua membris Coripp. lib. 2.
Dant capita: accedunt pariter, pariterque recedunt:
Fertq;, refertq; globum moles condensa virorum.
Exaltata putes placidis bene flantibus Euris
Ludere conifera frondosa cacumina sylua,

Et flexis nutare comis, lentoq; vicissim
Vertice fœcundos huc illuc flectere ramos.

IMPERATOR.

Imperatoris senis cum tauro emerito.

Stat. lib. 4. Theb. v. 12.

Ipse annis, sceptrisq; subit venerabilis æquè.
Vt possessa diu taurus meat arduus inter
Pascua, iam lassa ceruice, & inanibus armis,
Dux tamen; haud illum bello attentare iuuencis
Sunt animi. nam trunca vident de vulnere multo
Cornua, & ingentes plagarum in pectore nodos.

IMPERIVM.

Imperia fortunæ obnoxia, vt alti montes ventis, rupes fluctibus.

Senec. in Oedipo. v. 8.

Vt alta ventos semper excipiunt iuga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta,
Quamuis quieti verberant fluctus maris:
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent.

Imperii Romani cum imperio cœlesti.

Rutil. Claud. lib. 1. Itinerarii.

O quantùm, & quoties possem numerare beatos,
Nasci felici qui meruere solo! &c.

vide TEXTVM.

Ordinis imperio, collegarumq; fruuntur,
Et partem genii, quem venerantur, habent.
Quale per ætherios mundani verticis axes
Connubium summi credimus esse Dei.

Imperium recuſantis cum puero in imperio ſuccedere formidante.

Illum ingens confundit honos, inopinaq́ turbat
Gloria, & oblatas frondes ſubmiſſus adorat,
Seq́ oneri negat eſſe parem, cogiq́ meretur.
Sicut Achamenius ſolium, genteſq́ paternas
Excepit, ſi fortè puer, cui viuere patrem
Tutius, incerta formidine gaudia librat,
An fidi proceres, an pugnet vulgus habenis:
Cui latus Euphratæ, cui Caſpia limina mandet.
Sumere tunc arcus, ipſumq́ onerare veretur
Patris equum, viſuſq́ ſibi nec ſceptra capaci
Suſtentare manu, nec adhuc implere tiaram.

Stat. lib. 8. Theb. v. 283.

Imperii inſtabilitatis cum Syrtibus fluctu verberatis.

Alia ex alia cura fatigat,
Vexatq́ animos noua tempeſtas:
Non ſic Libycis fluctibus æquor
Furit alternos voluere fluctus;
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda, niuali
Vicina polo; vbi cæruleis
Immunis aquis, lucida verſat
Plauſtra Bootes. vt præcipites
Regum caſus fortuna rotat.

Senec. in Agamem. v. 63.

IMPETVS.

Impetus in hoſtem cum Euripo & freto Herculeo.

Silius lib. 14.

Ingruit audito ductore exercitus omnis,
Solaq́, quod ſupereſt, ſecum certamina norunt,
Quis dextra antiſtet, ſpoliiſque excellat opimis.
Euboici non per ſcopulos illiſa Caphareï
Euripi magis vnda furit, pontúmue ſonantem
Eijcit anguſto violentiùs ore Propontis:
Nec feruet maiore freto, rapitúrque tumultu,
Quod ferit Herculeas extremo ſole columnas.

Impetus in hoſtem facientium cum impetu maris circa Caphareum.

Silius lib. 14.

Incumbit bello, ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore peſtem.
Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Cùm ſeſe immiſit, decimóque volumine pontum
Expulit in terras, ſequitur cum murmure molem
Eiecti maris, & ſtridentibus affremit alis.

Impetus ſerpentis cum amne.

Ouid. Metam. lib. 3.

Impete nunc vaſto, ceu concitus imbribus amnis
Fertur, & obſtantes perturbat pectore ſyluas.

IMPIVS.

Impii Abſalonis cum vipera.

Progeniem verùm illè ſuam Rex vtpote ſummus,

Atque Dei vates, pariturae & Virginis auctor, Prudẽt.
Tristibus atque piis variauerat, ut Salomonis lib. Ha-
Frater Abessalon misceret crimina iustis marti-
Pignoribus, dulcemq́; domum turbaret amaris. geniæ.
Nos dignum Salomone nihil, nos degener implet
Solus Abessalon lacerans pia viscera ferro.
Si licet ex Ethicis quicquam praesumere, vel si
De Physicis exempli aliquid, sic vipera (vt aiunt)
Dentibus emoritur fusae per viscera prolis,
Mater morte sua non sexu fertilis, aut de
Concubitu distenta vterum; sed quum calet igni
Percita femineo, moriturum obscœna maritum
Ore sitit patulo, caput inserit ille trilingue
Coniugis in fauces, atque oscula feruidus intrat,
Insinuans oris coitu genitale venenum.
Nupta voluptatis vi saucia, mordicus haustum
Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,
Infusasq́; bibit caro pereunte saliuas.
His pater illecebris consumitur; at genitricem
Clausa necat soboles: nam postquam semine adulto
Incipiunt calidis corpuscula parua latebris
Serpere, motatumq́; vterum vibrata ferire,
Æstuat interno pietatis crimine mater,
Carnificemq́; gemit damnati conscia sexus,
Progeniem septi rumpentem obstacula partus.

Impii cum Typhone.

Non tam ferum Typhona neglecto Ioue Senec. in
Irata tellus edidit quondam parens. Octauia,
Haec grauior illo pestis, hic hostis Deûm v. 238.

Homi-

Hominumq́ templis expulit superos suis,
Ciuesq́ patria.

IMPLACABILIS.

Implacabilis cum mari Scythiæ.

——— non verba mag's suadentia frangunt
Stat lib. 11.Thе. v. 435. *Accensos, sumptisq́ simul conatibus obstant,*
Quam Scytha curuatis eiectus fluctibus vnquam
Pontus Cyaneos vetuit concurrere montes.

Implacabilis cum caute & silice.

Virgil. Æne.li. 6.v.469. *Illa solo fixos oculos auersa tenebat:*
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Implacabilis cum tigridibus & leonibus.

Senec.in Octa. v. 85. *Vincam sæuos ante leones,*
Tigresq́ truces, quam fera sæui
Corda Tyranni.

Implacabilis cum leone effœto.

——— sic orat, humiq́
Stat.lib. 11.The. v.733. *Voluitur. adducit genitor, sæuumq́ minatur,*
Indignans veniam: qualis leo rupe sub alta,
Quem viridem quondam syluæ, montésque tremebant,
Iam piger, & longo iacet exarmatus ab æuo;
Magna tamen facies, & non adeunda senectus.
Et si demissas veniat mugitus ad aures,

Erigi-

Erigitur, meminítque sui, vïrésque peractas
Ingemit, & campis alios regnare leones.

Implacabilis cum caute.

______ fratríque pio solatia dixit:
Quæ pater haud aliter, quam cautes murmura ponti Ouid.li. 11. Metam.
Accipit, & natam delamentatur ademptam.

IMPLICARE.

Implicantis alterum cum serpente, hedera, polypo, &c.

Deniq; nitentem contrà, elabíq; volentem Ouid. li. 4. Metã.
Implicat; vt serpens, quem regia sustinet ales,
Sublimémque rapit: pendens caput illa, pedésq;
Alligat, & caudâ spatiantes implicat alas.
Vtq; solent hederæ longos intexere truncos:
Vtq; sub æquoribus deprensum polypus hostem
Continet, ex omni demissis parte flagellis.

Implicatorum cum ceruis cornibus intricatis.

Haud vsquam Colchorum animi; neque cura cauere Val.Fla. lib. 6.
Tela, sed implicitos, miseráque in veste reuinctos
Confodiunt, ac forma necis non altera surgit:
Quàm ceruos vbi non Vmbro venator edaci,
Non pinna petit; hærentes sed cornibus altis
Inuenit, & cæca constrictos accipit ira.

Im-

Implicati armis suis cum aue visco implicata.

Val. Fla. lib. 6.

Impulit aduerso praeceps equus Onchea conto
Nequicquam totis reuocantem viribus armos.
In latus accedit sonipes, accedit & ipse
Frigidus; arma cadunt, rorat procul vltima cassis.
Qualem populea fidentem nexibus vmbra
Si quis auem summi deducat ab arbore rami,
Ante manu tacitâ cui plurima creuit arundo:
Illa dolis, viscóque super correpta sequaci
Implorat ramos, atque irrita concitat alas.

IMPLORARE AVXILIVM.

Implorantium auxilium cum Diis à Gigantibus oppugnatis.

Stat. lib. 1. Achil. v. 482.

Sic cùm palantes Phlegræa in castra coirent
Cælicolæ, iámque Odrysiam Gradiuus in hastam
Surgeret, & Lybicos Tritonia tolleret angues,
Ingentémque manu curuaret Delius arcum,
Stabat anhela metu solum Natura Tonantem
Respiciens, quando ille hyemes, tonitrúsque vocaret
Nubibus, igniferā quæ fulmina posceret Ætnam.

IMPROBVS.

Improbi è medio tollendi, vt putrida membra e corpore.

——— *veteri post obruta morbo*
Corpora, Pæonias nequidquam admoueris herbas.
Vlcera

Vlcera possessis altè suffusa medullis,
Non leniore manu, ferro sanantur, & igni,
Ne noceat frustra mox eruptura cicatrix.
Ad viuum penetrant flammæ; quò funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto sanguine venis,
Arescat fons ille mali: truncantur & artus,
Vt liceat reliquis securùm viuere membris.
At vos egregiè purgatam creditis aulam,
Eutropium si Cyprus habet?

IMPVDICVS.

Impudici cum Poeta spurco.

Credi virgine castior pudica, Mart. li. 4 Ep. 6.
Et frontis teneræ cupis videri,
Cum sis improbior, Malisiliane,
Quam qui compositos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

INÆQVALIS.

Inæqualis amici cum aliis rebus similibus.

Discussisse iugum quereris me, quo tibi doctis Pontius Paulinus Ep. 2. ad Ausonium.
Iunctus eram studiis: hoc nec gestasse quidem me
Assero: namque pares subeunt iuga. nemo valentes
Copulat infirmis; neque sunt concordia frana,
Si sit compulsis mensura iugalibus impar.
Si vitulum tauro, vel equum committis onagro;
Si confers fulicas cygnis, & aëdona parræ;
Castaneis corilos æquas, viburna cupressis;

Me compone tibi: vix Tullius, & Maro tecum
Sustineant æquale iugum.

INCENDIVM.

Incendii cum fulgure, fornacibus, &c.

Virg. in Ætna. v. 603.
Et velut euersis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter sæuo quam cùm Ioue fulgurat æther,
Et nitidum obscura cœlum caligine torquet,
Ardebant aruis segetes, & mollia culta
Iugera cum dominis, syluæ, collesq́ue virentes.

Incendii cum agrorum vstione.

Sil. lib. 7.
Per iuga, per valles errat Vulcania pestis,
Nusquam stante malo, vicinaq́ue littora fulgent:
Quàm multa intentus cœlo sub nocte serena
Fluctibus è mediis sulcator nauita ponti
Astra videt; quam multa videt feruoribus atris,
Cùm Calabros vrunt ad pinguia pabula saltus,
Vertice Gargani residens, incendia, pastor.

Incendii vniuersi mundi cum diluuio.

Iuuenc. lib. 4.
Vt quondam terras vndæ inuoluêre furentes,
Et diuersa sibi tractantes munia cunctos
Diluuii rapuit subito violentia tractu:
Sic subitas voluens flammas descendet ab æthra
Aduentus noster, nec cunctos ille sub vna
Conditione premet.

Incendii propugnaculorum cum incendiis syluarum.

——— raptusq́; sonoro
Ignis edax vento per propugnacula fertur. Sil.lib.9.
Non aliter Pindo Rhodopeue incendia pastor
Quum iacit, & syluis spatiatur feruida pestis,
Frondosi ignescunt scopuli, subitoq́; per alta
Collucet iuga dissultans Vulcanius ardor.

Incendii cum ignibus Eumenidum.

——— exundant diuiso vertice flammæ,
Alternosq́; apices abrupta luce coruscant. Stat.lib.
Pallidus Eumenidum veluti commiserit ignes 12. v.
Orcus; vterque minax globus, & conatur vterque 441.
Longius.

Incendii cum flamma cœlesti.

——— percussaq́; flamma
Turbine non alio motu per tecta cucurrit, Lucan.
Quam solet æthereo lampas decurrere sulco, lib. 10.
Materiaq́; carens, atque ardens aëre solo.

INCITARE.

Incitantis ad cursum cum Neptuno ventos incitante.

——— at vigil omni
Fama sono varios rerum succincta tumultus Stat. lib.
Anteuolat currum, flatuq́; impulsa gementum 3.Theb.
Alipedum trepidas denso cum murmure plumas v. 425.

Excutit. vrget enim stimulis auriga cruentis
Facta infecta loqui; curruq; infestus ab alto
Terga, comasq; Dea Scythica pater increpat hasta.
Qualis vbi Aeolio demissos carcere ventos
Dux præ se Neptunus agit, magnoq; volantes
Inijcit Ægæo. tristis comitatus eunti
Circùm lora fremunt, nimbiq;, hyemesq; profundæ,
Nubilaq;, & vulso terrarum sordida fundo
Tempestas.

Incitantis aliquem ad mortem vltrò oppetendam, cum fulmine cupressum inflammante.

Stat. Th. lib. 10. v. 667. *Sic ait, & magna cunctantis pectora dextra*
Permulsit tacitè, seseq; in corde reliquit.
Fulminis haud citius radiis afflata cupressus
Combibit infestas, & stirpe, & vertice flammas:
Quam iuuenis multo possessus numine pectus
Erexit sensus, letiq; inuasit amorem.

INCONSTANS.

Inconstantis in proposito abstinendi à carminibus cum milite, naufrago, &c.

Saucius euitat pugnas gladiator, & idem
Ouid. li. 1. de pôt. *Immemor antiqui vulneris arma capit.*
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modò nauit aqua.
Sic ego constanter studium non vtile seruo,
Et repeto, nollem quas coluisse, Deas.

INCVRVARE.

Incuruantis se ad pugnam cum cupresso.

Ille autem, Alpini veluti regina cupressus Stat. lib.
Verticis, vrgentes ceruicem inclinat in Austros, 6. Theb.
Vix sese radice tenens, terraq́; propinquat v. 851.
Iamdudum atherias eadem reditura sub auras:
Non secus ingentes artus pracelsus Agylleus
Sponte premit, paruumq́; gemens duplicatur in hostem.

INDIGNARI.

Indignantis cum fera inclusa paruo claustro, &c.

——— tangunt animos iraq́;, metusq́;, Lucan. lib. 10.
Et timet incursus, indignaturq́; timere.
Sic fremit in paruis fera nobilis abdita claustris,
Et frangit rabidos pramorso carcere dentes.
Non secus in Siculis fureret tibi flamma cauernis,
Obstrueret summam si quis tibi Mulciber Ætnam.

INEPTVS.

Inepti cum Bœoto.

——— quòd si
Iudicium subtile videndis artibus illud Horat.
Ad libros, & ad hac Musarum dona vocares: lib. 2.
Bœotum in crasso iurares aëre natum. epist. 1.

INEXPVGNABILIS.

Inexpugnabilis cum ſcopulo in mari.

Ouid. li. 9. Meta. *Me mea defendit grauitas; fruſtraq́; petebar.*
Haud ſecus ac moles, magno quam murmure fluctus
Oppugnant, manet illa, ſuoq́; eſt pondere tuta.

INFELIX.

Infelicis cum naue aduerſo flumine nauigante.

——— ſic omnia fatis
Virgil. lib. 1. Georg. v. 199. *In pejus ruere, ac retrò ſublapſa referri:*
Non aliter, quam qui aduerſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit, ſi brachia fortè remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

Infelicis alicuius cum Vlyſſe.

Ouid li. 1. Triſt. eleg. 4. *Pro duce Neritio docti mala noſtra Poetæ*
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
Ille breui ſpatio multis errauit in vndis
Inter Dulichias, Iliacasq́; domos:
Nos freta ſideribus totis diſtantia menſos
Sors tulit in Geticos, Sarmaticosq́; ſinus.
Ille habuit fidamq́; manum, ſociosq́; fideles:
Me profugum comites deſeruere mei.
Ille ſuam lætus patriam, victórque petiuit:
A patria fugio victus, & exſul ego.
Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithaceue, Saméue,

Pœna

Pœna quibus non est grandis abesse locis.
Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
Montibus, Imperii Roma, Deûmq; locus.
Illi corpus erat durum, patiénsque laborum:
Inualidæ vires, ingeniúmque mihi.
Ille erat assiduè sæuis agitatus in armis:
Assuetus studiis mollibus ipse fui.
Me Deus oppressit, nullo mala nostra leuante:
Bellatrix illi Diua ferebat opem.
Cúmque minor Ioue sit, tumidus qui regnat in vndis;
Illum Neptuni, me Iouis ira premit.
Adde quòd illius pars maxima ficta laborum:
Ponitur in nostris fabula nulla malis.
Denique quæsitos tetigit tamen ille penates,
Quæq; diu petiit, contigit arua tamen.
At mihi perpetuò patria tellure carendum est,
Ni fuerit læsi mollior ira Dei.

INFICETVS.

Inficeti cum Galba & Sextio Caballo.

Qui Galbam salibus tuis, & ipsum Mart.
Posses vincere Sextium Caballum. lib. 1. Epig. 42.

Inficeti cum Galba.

Elysio redeat si fortè remissus ab agro Mart.
Ille suo felix Cæsare Galba vetus; lib. 10.
Qui Capitolinum pariter, Galbamq; iocantes Epig. 83.
Audierit: dicet, rustice Galba tace.

INFIXÆ.

Infixarum terræ mulierum pedibus in radicem transformatis, cum gruibus reti implicatis.

Ouid li. 11. Metam.

Vtq; suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus vbi commisit volucris, sensitq; teneri;
Plangitur, ac trepidans adstringit vincula motu:
Sic quæcunque solo defixa cohæserat harum,
Exsternata fugam frustra tentabat.

INGENIVM.

Ingenium incultum corrumpitur, vt ager incultus, &c.

Ouid. Trist. lib. 5. Eleg. 12.

Adde quod ingenium longa rubigine læsum
Torpet, & est multo, quam fuit antè, minus.
Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.
Tempore qui longo steterit, malè curret, & inter
Carceribus missos vltimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem, rimisq; dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacauit aquis.
Me quoque despera, fuerim cùm paruus & antè,
Illi, qui fueram, posse redire parem.
Contudit ingenium patientia longa malorum:
Et pars antiqui magna vigoris abest.

INOBEDIENS.

Inobedientis cum leone mansueto ad feritatem redeunte.

——— nusquam mandata parentis,
Nusquam occultus amor, totoq́ in pectore Troia est. Stat.lib. 2. Achil. v. 182.
Vt leo materno cùm raptus ab vbere mores
Accepit, pectíque iubas, hominémque vereri
Edidicit, nullasq́ ruit nisi iussus in iras:
Si semel aduerso radiauit lumine ferrum,
It iurata fides, domitórque inimicus; in illum
Prima fames, timidóque pudet seruire magistro.

Inobedientis Christi verbis cum eo, qui domum in arena fundat.

Qui verò auditu tantùm mea iussa tenebit, Iuuécus lib.1.
Diuersisq́ procul factis per lubrica perget;
Hunc similem faciam, volucri qui fulcit arena
Fundamenta domus; cui mox vt flamina venti,
Et pluuia effusis cœpere incumbere riuis,
Omnis subuerso procumbit pondere moles,
Insequitúrque graui tectorum strage ruina.

INOPINATVS.

Inopinati aduentus Christi cum fulgure.

Sicut enim fulgur cœlum transcurrit apertum, Iuuenc. lib.4.
Et cerni facile est cunctis orientis ab oris,
Vsque sub occiduum cœli vergentis in orbem:

Sic rapido aduentu clarebunt lumina Christi;
Abscondet furuis rutilos vmbris radios sol;
Amittet cursum lunaris gratia lucis,
Ignicomæq; ruent stellæ, cœlumq; relinquent.

INSANIRE.

Insanientium cum errantibus in syluis.

——— *nunc accipe, quare*
Horat. lib. 2. Serm. *Desipiant omnes, æquè ac tu, qui tibi nomen*
Insano posuere. velut syluis, vbi passim
Palantes error certo de tramite pellit,
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit; vnus vtrique
Error, sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum; nihilo vt sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat.

Insipientis cum puero.

Catull. Car. 17. *Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar*
Bimuli, tremula patris dormientis in vlna.

INSECTARI.

Insectantis alterum, cum canibus feram sequentibus.

Horat. li. Epod. Ode 6. *Nam qualis aut Molossus, aut fuluus Lacon,*
Amica vis pastoribus,
Agam per altas aure sublata niues,
Quæcunque præcedet fera.

In-

Insectantis alterum, cum turbine.

Continuò Bebryx, Maleæ velut arce fragosa Val. Fla. lib. 4.
Turbo rapax, vix ora virûm, vix tollere passus
Brachia, torrenti præceps agit vndique nimbo,
Cursibus inuoluens, totaq; immanis arena
Insequitur.

INSEQVI.

Insequentis alterum, cum venatore canibus ceruum insequente.

Nec minùs Æneas, quanquam tardante sagitta Virg. lib. 12. v. 746.
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant,
Insequitur, trepidique pedem pede feruidus vrget.
Inclusum veluti si quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ,
Venator cursu canis, & latratibus instat:
Ille autem insidiis, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitque vias: at viuidus Vmber
Hæret hians, iam iamq; tenet, similisq; tenenti
Increpuit malis, morsuque elusus inani est.

Insequentis puellam cum cane leporem insequente.

Vt canis in vacuo leporem cùm Gallicus aruo Ouid. li. 1. Meta.
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem;
Alter inhæsuro similis iam-iamq; tenere
Sperat, & extento stringit vestigia rostro:
Alter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis
Morsibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit:
Sic Deus, & virgo est: hic spe celer, illa timore.

INSVL-

INSVLTARE.

Insultantis victo cum leone, superato tauro.

——— huic agedum (nam cur indigna feramus?)
Silius *Magnanimo miles meritas innecte catenas.*
lib. 11. *Dixerat; & nondum finem conuitia norant.*
Illatus velut armentis super ardua colla
Cum sese imposuit, victórq; immanè sub ira
Infremuit leo, & immersis grauis vnguibus hæsit,
Mandit anhelantem pendens ceruice iuuencum.

INTEMPESTIVVS.

Intempestiuæ maturitatis pueri cum flóre breui perituro.

Stat. lib. *Ille velut primos exspiraturus ad Austros,*
2. Syl. 1. *Mollibus in pratis altè flos improbus exstat:*
v. 106. *Sic tener ante diem vultu, gressúq; superbo*
Vicerat æquales, multúmq; reliquerat annos.

INTRARE.

Intrantis vrbem superbè, cum Gigantibus cœlum ascensuris.

Stat. lib. *Dixit, & alterno captiua in mœnia gressu*
10. The. *Surgit ouans. quales mediis in nubibus æther*
v. 843. *Vidit Aloidas, cùm cresceret impia tellus*
Despectura Deos, nec adhuc immane veniret
Pelion, & trepidum iam tangeret Ossa Tonantem.

INVA-

INVADERE.

Inuadentis hoſtem cum equo exſultante.

Fulgebatq́; alta decurrens aureus arce, Virg. lib. 11. v. 490.
Exſultansq́; animis, & ſpe iam praecipit hoſtem.
Qualis, vbi abruptis fugit praeſepia vinclis
Tandem liber equus, campóq; potitus aperto,
Aut ille in paſtus, armentáq; tendit equarum;
Aut aſſuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat, arrectíſq; fremit ceruicibus altè
Luxurians; luduntq́; iubae per colla, per armos.

Inuadentium hoſtem cum Centauris.

Et primam ante aciem denſa inter tela feruntur: Virg. lib. 7. Æn. v. 673.
Ceu duo nubigenae cùm vertice montis ab alto
Deſcendunt Centauri, Homolen, Othryńq; niualem
Linquentes curſu rapido: dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.

Inuadentis hoſtem cum fera venatores inuadente.

Vt fera, quae denſa venantum ſepta corona Virg. lib 9. Æn. v. 551.
Contra tela furit, ſeséque haud neſcia morti
Inijcit, & ſaltu ſupra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hoſtes
Irruit; &, quà tela videt denſiſſima, tendit.

Inuadentis hostem cum leone taurum inuadente.

Virg. lib. 10. v. 453.

Desilit Turnus bijugis; pedes apparat ire
Cominus. vtq; leo, specula cùm vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prœlia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.

Inuadentis hostem cum nimbo.

Virg. lib. 12. v.450.

Ille volat, campóq; atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium; (miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis! dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq; satis; ruet omnia latè:
Antè volant, sonitúmq; ferunt ad littora venti.)
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit.

Inuadentium hostem cum igne & amnibus.

Virg. lib. 12. v. 521.

Ac velut immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,
Quisque suum populatus iter: non segniùs ambo
Æneas, Turnusq; ruunt per prœlia.

Inuadentis hostem cum parte montis abrupta, & ruente desuper.

Sic vbi nubiferum montis latus, aut noua ventis

Soluit hyems, aut victa situ non pertulit ætas, Stat.
Desilit horrendus campo timor; arma virosq; Theb.
Limite non vno, longæuaq; robora secum lib. 7.
Præcipitans, tandémq; exhaustus turbine fesso v. 744.
Aut vallem cauat, aut medios intercipit amnes.
Non secus ingentiq; viro, magnóq; grauatus
Temo Deo, nunc hoc, nunc illo in sanguine feruet.

Inuadentis hostilia castra cum mari scopulis insultante.

Nec magis hac Magnus castrorum parte repulsus Lucan.
Intra claustra piger dilato Marte quieuit, lib. 6.
Quam mare lassatur, cùm se tollentibus Euris
Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis adest, serámq; sibi parat vnda ruinam.

Inuadentis hostem alacriter cum leone.

——— *iactanti talia frustra*
Turbidus aëria Capaneus occurrit in hasta.
Qualis vbi primam leo manè cubilibus altis Stat. lib. 7. Theb.
Erexit rabiem, & sæuo speculatur ab antro v. 668.
Aut ceruum, aut nondum bellantem fronte iuuencum,
It fremitu gaudens, licèt arma, gregesq; lacessat,
Venantum; prædam videt, & sua vulnera nescit.
Sic tunc congressu Capaneus gauisus iniquo,
Librabat magna venturam mole cupressum.

Inuadentium hostem cum vrsis.

Verùm vbi turbantem solo ceu lustra pererret Sil. lib. 4.
In

In nemore aut agitet Gargano terga ferarum,
Hinc Mago, hinc sæuus pariter videre Marbarbal:
Vt subigente fame diuersis rupibus vrsi
Inuadunt trepidum gemina inter prœlia taurum.

Inuadentium hostem cum amne erumpente.

Virg. lib. 2. Æn. v. 494.

Fit via vi, rumpunt aditus, primósq; trucidant
Immissi Danai, & latè loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis, cùm spumeus amnis
Exiit, oppositasq; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, campósq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

Inuadentis hostem cum Barbaris dimicantibus.

Silius lib. 17.

In primas Macetûm turmas immania membra
Infert, & iaculo circumuolat alite campum.
Cærulus haud aliter cùm dimicat incola Thules,
Agmina falcifero circumuenit arcta couino.

Inuadentium hostem cum lupis ad prædam excurrentibus.

Virg. lib. 2. Æn. v. 355.

Sic animis iuuenum furor additus. inde, lupi cen
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant siccis; per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaq; tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circumuolat vmbra.

INVIDIA.

Inuidiæ cum variis suppliciis.

Magne pater Diuûm sæuos punire Tyrannos Persius Sat. 3.
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno;
Virtutem videant, intabescantq́ relicta.
Anne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit imus,
Imus præcipites, quam si sibi dicat, & intus
Palleat infelix, quod proxima nesciat vxor?

IOCVS.

Ioco aliquem laudantes sæpe serium laudatorem superant, vt ii qui in funere plorant conducti.

Vt qui conducti plorant in funere, dicunt, Horat. in arte Poetica.
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: sic
Derisor vero plus laudatore mouetur.

IRA.

Iræ crescentis cum torrente.

Et crescit rabies, moderaminaq́ ipsa nocebant. Ouid. li. 3. Meta.
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius, & modico strepitu decurrere vidi.
At quacunque trabes, obstructaq́ saxa iacebant;
Spumeus, & feruens, & ab obice sæuior ibat.

Iræ animos afficientis cum Dindymene, Apolline, &c.

Horat. lib. 1. Carm. Ode 16.

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius:
Non Liber aquè, non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes vt iræ.

Ira domanda, quemadmodum equi solent.

Horat. lib. 1. Epist. ad Loll.

Ira furor breuis est, animum rege: qui nisi paret,
Imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena.
Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam, quam monstret eques.

IRATVS.

Irati cum leone saucio.

Virgil. lib. 12. Æn. v. 3.

——— *vltrò implacabilis ardet,*
Attollitque animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus
Tum demum mouet arma leo, gaudetq́ comantes
Excutiens ceruice toros, fixúmq́ latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

Iratæ ob cædem filii, cum leæna amissis catulis.

Ouid. li. 13. Met.

Vtq́ furit catulo lactente orbata leæna,
Signáq́ nacta pedum sequitur, quem non videt, hostem:

Sic

Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum
Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis.

Irati cum tauro irritato.

Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto, Ouid. li. 12. Metam.
Cùm sua terribili petit irritamina cornu,
Phœniceas vestes, elusáq; vulnera sentit.

Iratarum mulierum cum saxo præcipiti.

——— *quoties facit ira nocentem*
Hunc sexum, rabie iecur incendente feruntur Iuuenal. lib. 3. Sat. 6.
Præcipites: vt saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, cliuóq; latus pendente recedit.

Irascentis cum serpente.

——— *ast illi tacito sub pectore dudum*
Ignea corda fremunt. iacto velut aspera saxo Stat. lib. 2. Theb. v. 410.
Cominus erigitur serpens, cui subter inanes
Longa sitis latebras, totósq; agitata per artus
Conuocat in fauces, & squamea colla venenum.

Irascentis cum mari æstuante.

Talibus orantem vultu grauis ille minaci Val. Fla. lib. 5.
Iam dudum fremit, & furiis ignescit apertis:
Ceu tumet, atque imo sub gurgite concipit Austros
Vnda silens, trabit ex alto sic barbarus iras.

Irascentis cum aqua feruida.

Silius lib. 5.

Iraq́; anhelatum proturbat pectore murmur,
Vt multo accensis feruore exuberat vndis
Clausus, vbi exusto liquor indignatur aheno.

Irascentis & furentis cum tigride.

Stat. lib. 10. v. 813.

——— non illa diem, non verba precantum
Respicit, aut visus flectit tellure relictos,
Iam vocis, iam mentis inops. sic aspera tigris
Fœtibus abreptis Scythico deserta sub antro
Accubat, & tepidi lambit vestigia saxi.
Nusquam ira sedit rabies; feritasq́; faméśq́;
Oris eunt prater secura armenta, gregéśq́;.

Iratæ coniugis ob pellicem cum apro, leæna, vipera, &c.

Ouid. lib. 2. Amor.

Sed neque fuluus aper media tam sæuus in ira est,
Fulmineo rapidos cùm rotat ore canes;
Nec lea cùm catulis lactentibus vbera prebet;
Nec breuis ignaro vipera læsa pede:
Fœmina quàm socii deprensa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum, flammasq́; ruit, positóq́; decore
Fertur, vt Aonii cornibus icta Dei.

Iratæ Iunonis, cùm ipsa aliàs irata.

Stat. lib. 10. The. v. 73.

Horruit iratum stimulis, motaq́; verendum
Turbauit diadema coma. non sæuiùs arsit

Hercu-

Herculeæ cùm matris onus, geminósque Tonantis
Concubitus vacuis indignaretur in astris.

IRE.

Euntium per flumen, cum gregibus actis per amnem.

Præcipitant cuncti fluuio, puduitq; sequutos. Stat. lib.
Ac velut ignotum si quando armenta per amnem 7. Theb.
Pastor agit, stat triste pecus, procul altera tellus v. 435.
Omnibus, & latè medius timor: ast vbi ductor
Taurus init, fecitq; vadum, tunc mollior vnda,
Tunc faciles saltus, visæq; accedere ripæ.

Euntis infeliciter ad bellum, cum Rhœto & Athamante.

——— ecce super foribus Bellona reclusis Val. Fla.
Nuda latus, passúq; mouens orichalca sonoro lib. 3.
Adstitit, & triplici pulsans fastigia crista
Inde ciere virum. sequitur per mœnia demens
Ille Deam, & fatis extrema in prœlia tendit.
Qualis in Alciden, & Thesea Rhœtus, iniqui
Nube meri, geminam Pholoën, maioraq; cernens
Astra ruit: qualísue redit venatibus actis
Lustra pater, Triuiamq; canens, humeróq; Learchum
Aduehit; at miseræ declinant lumina Thebæ.

ITER.

Itineris obscuri, siue infernalis, cum itinere nocturno in syluis.

Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,

Virg. *Perq; domos Ditis vacuas, & inania regna.*
lib. 6. *Quale per incertam Lunam, sub luce maligna*
Æn. v. *Est iter in syluis, vbi cœlum condidit vmbra*
268. *Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.*

Itineris facilis cum naui ab æstu rapta.

Senec. in *Nec ire labor est; ipsa deducit via.*
Herc. *Vt sæpe puppes æstus inuitas rapit,*
furen. *Sic pronus aër vrget, atque auidum chaos.*
v. 675.

IVPITER.

Iouis in taurum mutati, cum semetipso aliàs in taurum mutato.

Rutilius *Siue Deus faciem mentitus & ora iuuenci*
Claud. *Noluit ardentis dona latere soli:*
lib 1. *Qualis Agenorei rapturus gaudia furti*
Itinera- *Per freta virgineum sollicitauit onus.*
rij.

IVSSA PERFICERE.

Iussa Dei & magnatum perficienda, vt nautæ solent Neptuni iussa perficere, &c.

Auson. *Agricolam si flaua Ceres dare semina terræ,*
Epig. 1. *Gradiuus iubeat si capere arma ducem;*
Soluere de portu classem Neptunus inermem,
Fidere tam fas est, quam dubitare nefas.
Insanum quamuis hyemet mare, crudaq; tellus
Seminibus, bello nec satis apta manus:
Nil dubites, auctore bono mortalia quærunt

Consilium; certus iussa capesse Dei
Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit,
Pæne rogans; blando vis latet imperio.

IVVENIS.

Iuuenis generosi cum leone.

Tunc verò exerto circumuolat igneus arcu, Stat. lib. 9. Theb. v. 736.
Nec se mente regit, patriæ, matrisq́ue, suiq́ue
Immemor, & nimium cœlestibus vtitur armis.
Vt leo, cui paruo mater Getula cruentos
Suggerit ipsa cibos; cùm primùm crescere sensit
Colla iubis, toruusq́ue nouos respexit ad vngues:
Indignatur ali, tandemq́ue effusus apertos
Liber amat campos, & nescit in antra reuerti.

Iuuenis robusti, & pulchri, cum Phœbo, Hercule, &c.

Et tu thyrsigera Liber ab India, Senec. in Hippolyto. v. 753.
Intonsa iuuenis perpetuùm coma,
Tigres pampinea cuspide territans,
Ac mitra cohibens cornigerum caput,
Non vinces rigidas Hippolyti comas.
Ne vultus nimiùm suspicias tuos:
Omnes per populos fabula distulit,
Phædra quem Bromio prætulerit soror.

Iuuenes aliter regendi, ac maturi ætate, vt in equis fieri solet.

Sed neque rector equum, qui nuper sensit habenas, Ouid. lib. 3. de arte Amandi.

Comparibus frænis, artificemq; regit.
Nec stabiles animos annis, viridemq; iuuentam
Vt capias, idem limes agendus erit.

Iuuenis præclari cum Lucifero.

Ouid. li. 2, de Ponto.
Surgit Iuleo iuuenis cognomine dignus,
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.

Iuuenis bellicosi cum catulo leonis.

Stat. lib. 8. v. 570.
At primùm faciles grassatus cuspide turmas
Arma refert sociis, & in agmina fida peracta
Cæde redit. sic Hyrcana leo Caspius vmbra
Nudus adhuc, nulloq; iuba flauentis honore
Terribilis, magniq; etiamnum sanguinis insons
Haud procul a stabulis captat custode remoto
Segne pecus, teneraq; famem consumit in agna.

Iuuenis effrænis, cum equo recenter iugo submisso.

Stat. lib. 1. Achil. v. 275.
——— obstat genitorq; roganti,
Nutritorq; ingens, & cruda exordia magnæ
Indolis. effrena tumidum velut igne iuuenta
Si quis equum primis submittere tentet habenis;
Ille diu campis, fluuiisq;, & honore superbo
Gauisus non colla iugo, non aspera præbet
Ora lupis, dominiq; negat captiuus inire
Imperia, atq; alios miratur discere cursus.

Iuuenilis vultus cum cydoniis.

Fontibus in liquidis quoties me conspicor ipse,

Admi-

Admiror toties. etenim sic flore iuuentæ Calphurnius Ecl-
Induimus vultus, vt in arbore sæpe notaui log. 2.
Cerea sub tenui lucere cydonia lana.

Iuuentutis improuidæ cum sylua.

Quem non corrumpit pubes effrana? nouaq; Stat.lib.
Libertas properata togæ? ceu nescia falcis Syl. 5. v.
Sylua comas tollit, fructuq; exspirat in vmbras. 69.

L

LABOR.

Laborem patienter ferentis cum Apolline.

Agricolæq; modo curuum sectarer aratrum, Tibull.
Dum subigunt steriles arua serenda boues: lib. 2.
Nec quererer, quòd sol graciles exureret artus, Eleg. 3.
Læderet aut teneras pustula rupta manus.
Pauit & Admeti tauros formosus Apollo,
Nec cythara, intonsæ profuerúntue comæ.

LABORARE.

Laborantium cum apibus.

Instant ardentes Tyrii; pars ducere muros, &c. Virg.
Fundamenta locant alii, immanesq; columnas lib. 1.
Rupibus excîdunt scenis decora alta futuris; Æn. v.
Qualis apes æstate noua per florea rura 434.
Exercet sub sole labor; cùm gentis adultos
Educunt fœtus; aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientū; aut agmine facto

Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo flagrantia mella.

Laborantis in alterius commodum, cum apibus, auibus, &c.

Ex Epigrãmatis veterũ.

Hos ego versiculos feci; tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Laborantis diligenter cum fœmina nente.

Virg. lib. 8. Æn. v. 407.

Inde vbi prima quies medio iam noctis abacta
Curriculo expulerat somnum: ceu fœmina primùm,
Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat igneis,
Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos:
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

LACERARE.

Lacerati telis cum Pentheo & Actæone.

Claud. lib. 2. in Rut. v. 417.

——— consumpto funere vix tum
Deseritur, sparsumq; perit per tela cadauer.
Sic mons Aonius rubuit, cùm Penthea ferrent
Mænades, aut subito mutatum Actæona cornu
Traderet insanis Latonia virgo Molossis.

Lace-

Lacerati Penthei cum frondibus vento abreptis.

Non citiùs frondes autumni frigore tactas, Ouid.
Iamq; male hærentes alta rapit arbore ventus, lib. 3.
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis. Metam.

Lacerantis cucurbitas cum Atreo.

Atreus Cæcilius cucurbitarum Mart.
Sic illas, quasi filios Thyestæ, lib. 11.
In partes lacerat, secatq; mille. Epi. 16.

Lacerantium corpus alicuius, cum discerpentibus taurum in partes.

——— *nec arrepto velli de corpore possunt.*
Ut bouis exuuias multo qui frangere oliuo Val. Fla.
Dat famulis; tendunt illi, tractuq; vicissim lib. 6.
Taurea terga domant; pingui fluit vnguine tellus:
Talis vtrimque labos, raptatáque limite in arcto
Membra viri miseranda meant. hi tendere contrà,
Hi contrà; alternaq; virum non cedere dextra.

Baccharum Orphea lacerantium, cum auibus noctuam discerpentibus, &c.

Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris, Ouid.
Et coëunt, vt aues, si quando luce vagantem lib. 11.
Noctis auem cernunt: structoq; vtrimque theatro Metam.
Ut matutina ceruus periturus arena

Præda

Præda canum est: vatemq; petunt, & fronde virentes
Coniiciunt thyrsos non hæc in munera factos.

LACRYMÆ.

Lacrymarum cum niue liquefacta.

Ouid. lib. 2. de Pōto. *Exemploq; niuis, quam mollit aquaticus Auster,*
Gutta per attonitas ibat oborta genas.

Lacrymarum cum niue dissoluta.

Ouid. lib. 3. Trist. *Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber*
Lumine, quam verna de niue manat aqua.

Item.

Ouid. Ep. 11. *—— lacrymasq; in funere funde,*
Qualiter abiecta de niue manat aqua.

Lacrymarum abundantiæ, cum amne resolutis niuibus aucto.

Petronius in Fragmentis. *Consecuitq; genas, oculis nec defuit imber.*
Sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
Cùm gelidæ periere niues, & languidus Auster
Non patitur glaciem resoluta viuere terra:
Gurgite sic pleno facies manauit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.

Lacrymarum cum niue dissoluta.

Senec. in Hipp. v. 380. *Lacrymæ cadunt per ora, & assiduo genæ*
Rore irrigantur; qualiter Tauri iugis
Tepido madescunt imbre perfusæ niues.

LA-

LACRYMARI, vide FLERE.

LACVS.

Lacus Pergusæ cum Caystro.

Haud procul Ætnæis lacus est à mœnibus altus, Ouid.
Nomine Pergusa; non illo plura Cayster lib. 5.
Carmina cycnorum labentibus audit in vndis. Metam.

LAESVS.

Læsi & sanati ab eodem, cum Telepho.

Forsitan, vt quondam Teuthrantia regna tenenti, Ouid.
Sic mihi res eadem vulnus, opemq́; feret. Trist. lib. 2. v. 19.

LAETARI.

Lætantium cum nautis portum tenentibus.

Inuitat genialis hyems, curasq́; resoluit: Virg.
Ceu pressæ cùm iam portum tetigere carinæ, lib. 1.
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas. Georg. v. 302.

Lætantis populi ob Ducis virtutem, cum iuuenca ob fortitudinem prolis, & leæna.

Læta subit Romam pietas, & gaudia pænè Claud.
Mouerunt lacrymas, tantoq́; exsultat alumno. lib. 1. in
Sic armenta suo iam defensante iuuenco, Eutrop.
Celsius assurgunt erectæ cornua matri. v. 384.
Sic iam terribilem stabulis, dominúmq́; ferarum
Cresce-

Crescere miratur genitrix Maïyla leonem.

Lætantis Tydei cum Hercule lætante.

Stat lib. 8. Theb. *Qualis ab Arcadio redit Tirynthius antro,*
Captiuúmq; suem clamantibus intulit Argis:
Erigitur Tydeus, vultuq; occurrit, & amens
Lætitiaq;, iraq;, vt singultantia vidit
Ora, trahiq; oculos, seseq; agnouit in illo.

Lætantis post dolores cum Cybele.

Val. Fla. lib. 8. *Tum nouus impleuit vultus honor, ac sua flauis*
Reddita cura comis, graditurq; oblita malorum.
Sic vbi Mygdonios planctus sacer abluit Almo,
Lætaq; iam Cybele, festaq; per oppida tedæ.

Lætantis cum sole sereno.

Ouid. lib. 5. Metam. *Læta Deæ frons est: vt sol, qui tectus aquosis*
Nubibus antè fuit, victis è nubibus exit.

LAMPAS.

Lampadum accensarum, cum stellis cœli.

prudent. lib cathemer. *Pendent mobilibus lumina funibus,*
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit vitro.
Credas stelligeram desuper aream
Ornatam geminis stare Trionibus,
Et quà Phosphoreum temo regit iugum,
Passim purpureos spargier Hesperos.

Lam-

Lampadum ſplendentium cum corona Ariadnes.

Vixdum cærula nox ſubibat orbem, Stat.lib. 1. Sylu. in Kal. Decem. Saturn.
Deſcendit media niteus arena
Denſas flammeus orbis inter vmbras,
Vincens Gnoſiaca facem coronâ.

LANGVERE.

Languentium Romanorum poſt triumphos, cum languentibus in ſtadio.

Deinde velut ſtadio victor qui ſolus Achæo Sulpitia.
Languet, & immota ſecum virtute fatiſcit:
Sic itidem Romana manus contendere poſtquam
Deſtitit, & pacem longis frænauit habenis;
Ipſa domi leges, & Graia iuuenta retractans,
Omnia bellorum terra quæſita mariq;
Præuia conſilio, & molli ratione regebat.

Languentium hoſtis copia ſublata, cum ventis, qui ſine obſtaculo ſpirant.

Iam nec Cecropiis idem ductoribus ardor, Stat.lib. 12.The. v.736.
Sangueſcuntq; minæ, & virtus ſecura reſedit.
Ventorum velut ira minor, niſi ſylua furentes
Impedit, inſaniq; tacent ſine littore fluctus.

LANIFICA.

Lanificarum ſiue nentium cum Penelope, &c.

Vos lanam trahitis, calathisq; peracta refertis

Vel-

Iuuen. lib. 1. Satyr. 2. *Vellera: vos tenui prægnantem stamine fusum*
Penelope melius, leuius torquetis Arachne,
Horrida quale facit residens in cortice pellex.

LAPIS PRETIOSVS.

Lapidis pretiosi cum stellis.

——— hîc mellifluis Pallena sub antris
Festus Auienus in orbis descript. *Lychnitis rutilæ flammas alit: hîc & Iaspis*
Fulua micat stellis: quantum conuexa per æthra
Ignea perpetuis ardescunt sidera flammis.

LAPIS.

Lapidis vim suam in igne seruantis, cum ære.

Virg. in Ætna, v. 517. *Nam velut arguti natura est æris, & ignis,*
Cum domitam constat, eademq́; & robore saluo,
Vtramque vt possis æris cognoscere portam:
Haud aliter lapis ille tenet, seu forte madentes
Effluit in flammas, seu sit securus ab illis,
Conseruatq́; notas, nec vultu perdidit ignes.

LAVDARE.

Laudantis rem aliquam suprà modum, cum pueris laudantibus auem Iunonis.

——— didicit iam diues auarus
Iuuenal. lib. 3. Sat. 17. *Tantum admirari, tantum laudare disertos,*
Vt pueri Iunonis auem.

Lau-

Laudantis ore eloquentissimo res indignas, cum versantibus terram cœnosam rastro eburneo, &c.

Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro
Si mallet laudare Deum, cui sordida monstra
Prætulit, & liquidam temerauit crimine vocem.
Haud aliter, quam si rastris quis tentet eburnis
Cœnosum versare solum, limoq́; madentes
Excolere aureolis si fortè ligonibus vluas.
Splendorem dentis nitidi scrobs inquinat atra,
Et pretiosa acies squallenti sordet in aruo.

Prudét. l.b. priore cōtra Symmachum.

Laudantis propria cum Accio Thersiten laudante.

Auctor opus laudat; sic forsitan Accius olim
Thersiten facie dixerat esse bona.

Ouid. de Pōto lib. 3.

LAVS.

Laus prolis à matre sumitur, vt Telemachi à Penelope.

Talis illius à bona
Matre laus genus approbet,
Qualis vnica ab optima
Matre Telemacho manet
Fama Penelopæo.

Catull. in nuptiis Iuliæ & Manlii.

Laudes tenuium boni consulendæ, vt Iupiter parua dona recipit.

Te celebrant alii, quanto decet ore, suasq́;

Ouid li. 2. Trist. v. 73. *Ingenio laudes vberiore canunt.*
Sed tamen, vt fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

LEGISLATOR.

Legislatoris cum Solone & Lycurgo.

——— *priscamq; resumunt*
Claud. de 4. Conf. Honor. v. 505. *Canitiem leges, emendanturq; vetusta,*
Accedúntq; nouæ. talem sensère Solonem
Res Pandioniæ: sic armipotens Lacedæmon
Despexit muros rigido munita Lycurgo.

LEVITAS.

Leuitatis in amore, cum maris inconstantia, & auriga.

Ouid. lib. 2. Amorú. *Nec leuitas mea culpanda est, nec semper eodem*
Impositos vento panda carina vehit.
Nam modò Threicio Borea, modò currimus Euro;
Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.
Aspice, vt in curruum modo det fluitantia rector
Lora, modò admissos arte retentet equos.

LEVIS.

Leuis hominis & perfidi, cum foliis & aristis.

Ouid. Epist. 5. *Tu leuior foliis, tunc cùm sine pondere succi*
Mobilibus ventis arida facta cadunt.
Et minus est in te, quam summa pondus arista,

Quæ

Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.

LIBER.

Libri pinguis & deformis cum succino.

In cuius manibus, ceu pinguia succina, tritas
Cernis Ephemeridas. Iuuenal. lib. 3. Sat. 6.

Libris secreta credentis, vt sodalibus.

Ille velut fidis arcana sodalibus, olim
Credebat libris. Horat. lib. 2. Serm.

Libri longitudo fastidium parit, vt cibus aut potus emodicus.

Nondum longus erat, nec multa volumina passus Claud. Rutil. lib. 2. Itinerarii.
Iure suo poterat longior esse liber.
Tædia continuo timuit cessura labori
Sumere, ne lector iuge paueret opus.
Sæpe cibis adfert serus fastidia finis:
Gratior est modicis haustibus vnda siti.
Interualla viæ fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus millia crebra lapis.

LIBERALIS.

Liberalis cum fluuiis auriferis.

Præceps illa manus fluuios superabat Iberos, Claud. de Cõs. Probini & Olybrii. v. 48.
Aurea dona vomens. si quis tellure reuulsa
Sollicitis fodiens miratur collibus aurum:

Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis
Effluxere decus; quanto pretiosa metallo
Hermi ripa micat; quantas per Lydia culta
Despumat rutilas diues Pactolus arenas!

LIBERARE.

Liberantis aliquem periculo, cum leone capream à venatoribus liberante.

Silius lib. 10. v. 15. *Ac iuuenem, quem Vasco leuis, quem spicula densus*
Cantaber vrgebat, letalibus eripit armis.
Abscessere retrò, pauidiq; in terga relatos
Abduxere gradus. vt latus valle remota
Cùm capream venator agit, fessamq; propinquo
Insequitur cursu, & sperat iam tangere dextra;
Si ferus aduerso subitum se protulit antro,
Et stetit ante oculos frendens leo, deserit vnà
Et color, & sanguis, & tela minora periclo,
Nec iam sperata cura est in pectore prædæ.

LIBERTAS.

Libertas in tenui fortuna maior, vt in vulpecula notatur.

Horat. lib. 1. Epist. ad Mæcen. *Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam*
Repserat in cameram frumenti; pastaq; rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustrà.
Cui mustella procul: si vis, ait, effugere istinc,
Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti.

Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.
Nec somnum plebis laudo satur altilium: nec
Otia diuitiis Arabum liberrima muto.

Libertatis contemptæ, cum cane inutili.

Contemptu iam liber erat. sic pastor obesum Claud.
Lacte canem ferroq́ ligat, pascitq́ reuinctum, lib. 1. in
Dum validus seruare gregem, vigiliq́ rapaces Eutrop.
Latratu terrere lupos: cum tardior idem v. 132.
Iam scabie laceras demisit sordibus aures,
Soluit, & exuto lucratur vincula collo.

Libertatis amissæ sub Cæsare, cum eadem amissa sub Sylla.

Olim vera fides, Sylla Marioq́ receptis, Lucan.
Libertatis obit: Pompeio rebus adempto, lib. 9.
Nunc & ficta perit; non iam regnare pudebit.

LIGATVS.

Ligati Promethei ad Caucasum, cum naui ligata.

Titanum soboles socia nostri sanguinis, Accius
Generata cœlo, aspicite religatum asperis in Pro-
Vinctumq́ saxis! nauem vt horrisono freto metheo.
Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ,
Saturnius me sic infixit Iupiter,
Iouisq́ numen Mulcibri adsciuit manus.

LOCVS AMOENVS.

Loci amœni cum aliis.

Mart. lib. 12. Epig. 31.

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra supini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ;
Prataq; nec bifero cessura rosaria Pæsto;
Quodq; viret Iani mense, nec alget olus;
Quæq; natat clusis anguilla domestica lymphis;
Quæq; gerit similes candida turris aues:
Munera sunt domino post septima lustra reuerso:
Has Marcella domos, paruaq; regna dedit.
Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere: malo meos.

Loci tenebrosi cum inferno.

Lucan. lib. 6.

Marcentes intus tenebræ, pallensq; sub antris
Longa nocte situs. nunquam nisi carmine factum.
Lumen habet: non Tænareis sic faucibus aër
Sedit iners, mæstum mundi confine latentis.

Loci fertilis, & amœni cum aliis eiusdem generis.

Horat. lib. 1. Carm. Ode 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala Tempe.
Sunt, quibus vnum opus est intactæ Palladis vrbem
Car-

Carmine perpetuo celebrare, &
Vndiq; decerptæ frondi præponere oliuam;
Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos, ditesq; Mycenas:
Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Larissæ percussit campus opimæ,
Quam domus Albuneæ resonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vda
Mobilibus pomaria riuis.

Loci capacissimi cum mari.

——— vtq; fretum de tota flumina terra, Ouid. lib. 4. Metam.
Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli
Exiguus populo est, turbamq; accedere sentit.

LVCTVS.

Luctus alicuius cum eo, qui est in vrbis excisione.

Lamentis, gemituq;, & fœmineo vlulatu Virg. lib. 4. Æneid. v. 667.
Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros; flammæq; furentes
Culmina pérq; hominum voluantur, perq; Deorum.

Luctu dignorum cum Actæone & Arethusa.

Meq; ipsum memini (necdum apta doloribus ætas) Stat. lib. 3. Theb. v. 200.
Flesse tamen, gemituq; meos æquasse parentes:

Illa tamen Superi: nec quòd tibi Delia castos
Prolapsum ad fontes specula temerante profana,
Heu dominum insani non agnouere Molossi,
Defleerim magis, aut verso quod sanguine fluxit
In subitos regina lacus, sic dira sororum
Pensa dabant, visumq; Ioui.

LVGERE.

Lugentis vxorem cum Philomela.

Virg. lib. 4. Georg. v. 507.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses,
Rupe sub aëria, deserti ad Strymonis vndam
Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.

Lugentium virum præclarum, cum Roma Numam mortuum lugente.

Stat. lib. 1. Sylu. v. 538.

——— quæ tum patrúmq; equitúmq; notaui
Lumina, & ignaræ plebis lugere potentes!
Non labente Numa timuit sic curia felix,
Pompeio nec celsus eques, nec fœmina Bruto.

Lugentis patrem cum Theseo patrem lugente.

——— heu quantis lassantem brachia vidi
Plan-

Planctibus, & prono fusum super oscula vultu! Stat.
Vix famuli, comitesq́; tenent; vix arduus ignis lib 3.
Submouet. haud aliter gemuit periuria Theseus Sylu. v.
Littore, qui falsis deceperat Ægea velis. 404.

Lugubrium versuum, cum cantu cycni, Philomelæ, &c.

——— *hic mœsti pietas me poscit Etrusci,* Stat.lib.
Qualia nec Siculæ modulantur carmina rupes, 5.Sylu.
Nec fati iam certus olor, sæuiq́; marita
Tereos.

Lugentis mortem alicuius cum Orpheo.

——— *mersumq́; in corde dolorem* Stat.lib.
Sæuus agit: qualis conspecta coniuge segnis 5.Sylu.
Odrysius vates positis ad Strymona plectris v. 202.
Obstupuit, tristemq́; rogum sine carmine fleuit.

Lugentis Andromaches, cum Erigone.

——— *nec enim Marathonia virgo*
Parcius exstinctum sæuorum crimine agrestum Stat.lib.
Fleuerit Icarium, Phrygia quàm turre cadentem 5.Sylu.
Astyanacta parens. laqueo quin illa supremo v. 517.
Inclusit gemitus, & te, post funera magni
Hectoris, Æmonio pudor est seruisse marito.

Lugentis cædem sociorum, cum pastore oues à lupo deuoratas.

——— *necdum ora patent, dubiusq́; notari* Stat.lib.
Signa dabat magnæ longè manifesta ruinæ, 3.Theb.
 v.42.

Planctúq; & gemitu. lacrymas nam protinus omnes
Fuderat: haud aliter saltu deuertitur orbus
Pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
Cuius herile pecus syluis inopinus abegit
Imber, & hyberna ventosa cacumina Lunæ.

Lugentium ob mortem Ducis, cum armentis taurum lugentibus.

Stat.lib. 5.Theb. v. 326.
Iam magis atque magis vigiles dolor angere sensus,
Et gemitus clari, & paulatim inuisa Polyxo,
Iam meminisse nefas, iam ponere Manibus aras
Concessum, & multùm cineres iurare sepultos.
Sic vbi ductorem trepidæ, stabulíq; maritum,
Quem penes & saltus, & adultæ gloria gentis,
Massylo frangi stupuere sub hoste iuuencæ;
It truncum sine honore pecus, regémq; peremptum
Ipse ager, ipsi amnes, & mutæ armenta queruntur.

Lugentium Etheoclem, & Polynicem cum hirundinibus.

Stat. lib. 8.Theb. v. 614.
Nutat vtroq; timor, quémnam hoc certamine victum,
Quem vicisse velint, tacitè præponderat exsul.
Sic Pandioniæ repetunt vbi fida volucres
Hospitia, atq; larem bruma pulsante relictum,
Stantq; super nidos, veterisq; exordia fati
Enarrant tectis, & truncum ac flebile murmur
Verba vtant; voxq; illa tamen non dissona verbis.

Lugentis cum Leucothea.

His miscet planctus, multúmq; indigna cruentat Stat lib.
Pectora; cærulea referunt lamenta sorores. 9.Theb.
Qualiter Isthmiaco nondum Nereida portu
Leucotheam planxisse ferunt, dum pectore anhelo
Frigidus in matrem sæuum mare respuit infans.

Lugentium cladem sociorum cum Niobe.

Vna dies similis facto, specieq; malorum Stat. lib.
Æqua fuit, qua magniloquos luit impia flatus 3.Theb.
Tantalis, innumeris cùm circumfusa ruinis v. 191.
Corpora tot raperet terra, tot quæreret ignes.
Talis erat vulgi status, & sic vrbe relicta,
Primæuiq; senes, & longo examine matres
Inuidiam planxere Deis, miseróq; tumultu
Bina per ingentes stipabant funera portas.

Lugentis cum Philomela & Procne.

Eia age tantis onerata malis Senec.in
Repete assuetos iam tibi vultus, Octauia.
Atque æquoreas vince Alcyonas, v. 5.
Vince & volucres Pandionias:
Grauior namque his fortuna tua est.

Et,

——— *iuuat in medium* Senec.in
Deflere suos. nec enim, quamuis Agamé.
Dura virago, patiénsq; mali, v. 661.
Poteris tantas flere ruinas.

Non

Non, quæ verno nobile carmen
Ramo cantat querula Edonis,
Ityn in varios modulata sonos;
Non, quæ tectis Bistonis ales
Residens summis impia diri
Furta mariti garrula deflet;
Lugere tuam poterit dignè
Conquesta domum: licèt ipse velit
Clarus niueos inter olores,
Istrum cycnus, Tanaímque colens
Extrema loqui: licèt Alcyones
Ceyca suum fluctu leuiter
Plangente sonent, cùm tranquillo
Malè confisæ credunt iterum
Pelago audaces, fœtúsque suos
Nido pauidæ titubante fouent.
Non si molles imitata viros
Tristis laceret brachia, tecum
Quæ turritæ turba parenti
Pectore rauco concita buxum
Ferit, vt Phrygium lugeat Atym.

Lugentis & plangentis, cum vlulatu luporum, &c.

Val. Fla. lib. 8. *Hoc visu contenta mori; tunc tota querelis*
Egeritur, questúque dies; eadémque sub astris
Sola mouet: mœstis veluti nox illa sonaret
Plena lupis, quateréntque truces ieiuna leones
Ora, vel orbatæ traherent suspiria vaccæ.

Lugen-

Lugentis cum Philomela.

Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis Ouid li.
Implet; vt amissum cùm gemit ales Ityn. 4. Fast. v. 479.

Lugentis familiæ, cum luctu Troiæ.

Fœmina, virq́, meo pueri quoque funere mœrent: Ouid.
Inq́ domo lacrymas angulus omnis habet. lib. 1.
Si licet exemplis in paruo grandibus vti, Trist.
Hæc facies Troiæ, cùm caperetur, erat. Eleg. 3.

Luctu prosequentis alterum cum Alcyone.

Tum lacrymis, tum voce sequi, tum rumpere questus, Val. Fla. lib. 4.
Cùm sopor, & vano spes mœsta resoluitur actu.
Fluctus ab vndisoni ceu forte crepidine saxi
Cùm rapit Alcyonis misera fœtúmq́, larémq́,
It super ægra parens, queritúrq́ tumentibus vndis,
Certa sequi, quocunque ferant; audétq́, pauétq́,
Icta fatiscit aquis, donec domus haustáq́ fluctu est.

Lugentium suorum discessu, cum fœminis, quæ viris nauigaturis lugent.

Iamq́ suos circum pueri, innuptæq́, patrésq́ Stat. lib. 4. Theb.
Funduntur misti, summísq́ à postibus obstant: v. 16.
Nec modus est lacrymis; rorant clypeiq́, iubæq́,
Triste salutantum, & cunctis dependet ab armis
Suspi-

Suspiranda domus. galeis iuuat oscula clausis
Inserere, amplexúq; truces deducere conos.
Illi, queis ferrum modo queis mors ipsa placebat,
Dant gemitus, fractæq; labant singultibus iræ.
Sic vbi fortè viris longum super æquor ituris,
Cùm iam ad vela Noti, & scisso redit anchora fundo,
Hæret amica manus; certant innectere collo
Brachia, manantésq; oculos hinc oscula turbant,
Hinc magni caligo maris; tandémq; relicti
Stant in rupe tamen. fugientia carbasa visu
Dulce sequi, patrióśq; dolent crebrescere ventos:
Stant tamen, & notam puppem de rupe salutant.

Lugentis mortem alicuius, cum vacca rapto iuuenco.

——— quid se funesta parenti
Stat lib. 6. Theb. v. 182. *Miscet? & in nostris spectatur & ipsa ruinis?*
Cui luget complexa suos? sic fata repente
Concidit, abruptísq; immutuit ore querelis.
Non secus ac primo fraudatum lacte iuuencum,
Cui trepidæ vires, & solus ab vbere sanguis,
Seu feræ, seu duras auexit pastor ad aras,
Nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,
Nunc armenta mouet, vacuósq; interrogat agros:
Tunc piget ire domum, mœstóq; nouissima campo
Exit, & appositas impasta auertitur herbas.

Lu-

Lugentis cum Philomela, &c.

Te queritur, casusq́ malos, irrisaq́ tales, Albinouanus in epist. ad Liuiam.
Accusatq́ annos vt diuturna suos.
Talis in vmbrosis mitis nunc deniq́ syluis
Deflet Threicium Daulias ales Ityn:
Halcyonum tales ventosa per æquora questus
Ad surdas tenui voce feruntur aquas:
Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis
Oenidem subitæ concinuistis aues:
Sic fleuit Clymene; sic & Clymeneides altæ,
Cùm iuuenis patrius excidit ictus equis.

Lugentis & torpentis, cum fera mansueta.

Vt fera, quæ rabiem placido desueta magistro, Stat. lib. 3. Theb. v. 231.
Tardius arma mouet, stimulisq́, & verbere crebro
In mores negat ire suos: sic illa iacenti
Incidit, vndantemq́ sinu collapsa cruorem
Excipit, & laceros premit in noua vulnera crines.

Lugentis alterius mortem cum Erigone.

Illius exili stridentem in pectore plagam Stat. lib. 11. Theb. v. 642.
Ismene collapsa super, lacrymisq́, comisq́
Siccabat plangens. qualis Marathonide sylua
Flebilis Erigone, cæsi prope funera patris
Questibus absumptis tristem iam soluere nodum
Cœperat, & fortes ramos moritura legebat.

LVMEN.

Luminis cum radiis in vultu Dei.

——— hinc proceres audit, populosq; precantes
Val. Fla. lib. 5. *Alloquiis facilis præsens pater admonet aqui.*
Dixerat; ast illi propere monstrata capessunt
Limina: non aliter, quàm si radiantis adirent
Ora Dei, verasq; æterni luminis arces.
Tale iubar per tecta micat; stat ferreus Atlas
Oceano, genibusq; tumens infringitur vnda.

LVNA.

Lunæ pallentis, cum eadem lumine defecta.

——— Phœbéq; serena
Lucan. lib. 6. *Non aliter diris verborum obsessa venenis*
Palluit, & nigris, terreníſq; ignibus arsit,
Quam si fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereréitque suas flammis cœlestibus vmbras.
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Lunæ splendentis, cum fulmine nocturno.

——— incendit pronis Dea curribus almum
Stat. lib. 10. The. v. 365. *Sidus, & admoto monstrauit funera cornu.*
Apparent campi, Thebæq;, altúsq; Cythæron.
Sic vbi nocturnum tonitru malus æthera frangit
Iuppiter, assiliunt nubes, & fulgere claro
Astra patent, subitúsque oculis ostenditur orbis.

LVPVS.

Lupi cum aliis feris Africæ & Dauniæ.

Namque me sylua lupus in Sabina Horat. lib. 1. Odarũ, Ode 22.
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit esculetis,
Nec Iubæ tellus generat leonum
Arida nutrix.

LVSTRARE.

Lustrantis exercitum, cum Neptuno Diis marinis stipato.

——— *lustrátque sub armis,* Sil. lib. 3.
Quà visu comprendere erat fulgentia signa.
Ibat ouans, longáque vmbram tellure trahebat.
Non aliter quoties perlabitur æquora cursu,
Extremamq́, petit, Phœbêa cubilia, Tethyn
Frenatis Neptunus equis; fluit omnis ab antris
Nereidum chorus, & sueto certamine nandi
Candida perspicuo conuertunt brachia ponto.

M

MAECENAS.

Mæcenatis Martialis, cum primo illo Mæcenate.

Quod Flacco, Varióque fuit, summóque Maroni Mart. lib. 12. Epigr. 4.
Mæcenas atauis regibus ortus eques:

Gentibus & populis, hoc te mihi Prisce Terenti
Fama, fuisse, loquax, chartaq́; dicet anus.

MAGNES.

Magnetis chalybem trahentis, cum Venere Martem demulcente.

Ex Magnete Claudiani.

Flagrat anhela silex, & amicam saucia sentit
Materiam, placidosq́; chalybs cognoscit amores.
Sic Venus horrificum belli compescere regem,
Et vultum mollire solet, cùm sanguine praeceps
Aestuat, & strictis mucronibus asperat iras.

MAGNVS.

Magno corpore exstantis, cum orno & Orione.

Virg. lib. 10. v. 762.

At verò ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campum: quam magnus Orion,
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturq́; solo, & caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.

Magni alicuius cum Polyphemo, &c.

Mart. lib. 7. Epig. 37.

Tantus es, & talis nostri, Polypheme, Seueri,
Vt te mirari possit & ipse Cyclpos:
Sed nec Scylla minùs; quòd si fera monstra duorum
Iunxe-

Iunxeris, alterius fiet vterque timor.

Magno corpore exstantis, cum Gange & Nilo exundantibus.

——— medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est: Virg.
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus lib. 9.
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus v. 258.
Cum refluit campis, & iam se condidit alueo.

Magni cum Cyclopibus.

Vnus vt e syluis Pholoës habitator opacæ, Stat. lib.
Inter & Ætnæos æquus consurgere fratres 3 Theb.
Ante fores, vbi turba ducum, vulgiq́ue frementis, v. 604.
Amphiaraë tuas.

MALIS OBRVTVS.

Malis obruti cum fonte limo infecto.

Scilicet, vt limus venas excæcat in vndis, Ouid li.
Læsaq́ue suppresso fonte resistit aqua: 4. de
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum, Ponto.
Et carmen vena pauperiore fluit.

MARE.

Maris in diuersa remis agitati, cum eodem ventis turbato.

Vt quoties æstus Zephyris, Eurisq́ue repugnat, Lucan.
Huc abeunt fluctus, illuc mare: sic vbi puppes Lib. 3.

Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor.

Maris turbati tempestate, cum eodem remorum impulsu agitato.

Petronius. *Ecce alia monstra, celsa quà Tenedos mare*
Dorso repellit, tumida consurgunt freta,
Vndaq; resultat scissa tranquillo minor:
Qualis silenti nocte remorum sonus
Longè refertur, cùm premunt classes mare,
Pulsumq; marmor abiete imposita gemit.

Maris pacati, cum aliis inquietis.

Auson. 14. Eidyll. *Quis modò Sestiacum pelagus Nepheleidos Helles*
Æquor, Abydeni freta quis miretur ephebi?
Quis Chalcedonio constratum ab littore pontum
Regis opus magni, mediis Euripus vbi vndis
Europæq;. Asiæq; vetat concurrere terras?
Non hic dira freti rabies, non sæua furentum
Prælia Caurorum. licet hic commercia linguæ
Iungere, & alterno sermonem texere pulsu.

Maris alicuius lati, cum aliis eiusdem generis.

Lucan. lib. 5. *Quantùm Leucadio placidus de vertice pontus*
Despicitur, tantùm nautæ videre trementes
Fluctibus è summis præceps mare.

Maris congelati, cum alio eiusdem generis.

Æquora lenta iacent alto torpore ligata,

Pi-

Pigrius immotis hæsere paludibus undæ. Lucan. lib. 5.
Sic stat iners Scythicas astringens Bosphorus undas,
Cum glacie retinente fretum non impulit Ister.

Maris exundantis, cum alio eiusdem generis.

Vidimus excitis pontum flauescere arenis, Rutil. Claud. lib. 1. Itinerarii.
Atque eructato vortice rura tegi:
Qualiter Oceanus medius infunditur agris,
Destituenda vago cùm premit arua salo;
Siue alio refluus nostro colliditur orbe,
Siue corusca suis sidera pascit aquis.

MATERIA.

Materiæ dispersæ, cum tabulis naufragii.

Unde, vbi, qua vi, & quo pacto congressa coibunt Lucret. lib. 2.
Materiæ tanto in pelago, turbaq́; aliena?
Non (vt opinor) habent rationem conciliandi,
Sed quasi naufragiis magnis, ventisq́; coortis
Disiectare solet magnum mare transtra, carinas,
Antennas, proram, malos, tonsasq́; natantes,
Per terrarum omneis oras fluitantia aplustra
Vt videantur, & indicium mortalibus edant,
Insidi maris insidias, viresq́;, dolumq́;,
Vt vitare velint, neue vllo tempore credant,
Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.
Sic tibi si finita semel primordia quædam
Constitues, æuum debebunt sparsa per omne

Disiectare æstus diuersi materiai,
Nunquam in concilium vt possint compulsa coire,
Nec remorari in concilio, nec crescere adaucta.

MEDICVS.

Medici imperiti, cum imperito nauclero.

Pers. Sat. 5.

Diluis helleborum certo compescere puncto
Nescius examen; vetat hoc natura medendi.
Nauim si poscat sibi peronatus arator,
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus.

MERCVRIVS, vide VOLANS.

METALLIFERA TERRA.

Metalliferæ terræ. cum aliis eiusdem generis.

Mart. lib 4. Epi. 55.

Grato non pudeat referre versu
Sæuo Bilbilin optimam metallo:
Quæ vincit Chalybasq́;, Noricosq́;,
Et ferro Plateam suo sonantem.

Metalliferæ terræ, cum aliis eiusdem generis.

Rutil. Claud. lib. 1. Itinerarii.

Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis,
Qua nil vberius Norica gleba tulit.
Non Biturix largo potior strictura camino,
Nec quæ Sardonio cespite massa fluit.
Plus confert populis ferri fœcunda creatrix,

Quàm

Quam Tartessiaci glarea fulua Tagi.

METAMORPHOSIS.

Conuersi in lapidem, cum aqua in grandinem.

Vtq; ferunt imbres gelidis concrescere ventis, Ouid. lib. 9. Metam.
Inde niues fieri, niuibus quoque mole rotatis
Adstringi, & spissa glomerari grandine corpus:
Sic illum validis iactum per inane lacertis,
Exsanguemq; metu, nec quicquam humoris habentem
In rigidos versum silices prior edidit ætas.

MINARI.

Minitantis excidium, cum Sirio & Cometa.

Ora sub excelso iam dudum vertice coni Val. Fla. lib. 6.
Sæua micant, cursusq; ardescit, nec tibi Perse,
Nec tibi virgo iubæ lætabile sidus Achiuæ:
Acer vt autumni canis, iratoq; vocati
Ab Ioue fatales ad regna iniusta cometæ.

Poetæ minantis carminibus, cum aliis rebus minantibus.

——— *at ille*
Qui me commôrit (meliùs non tangere, clamo) Horat. lib. 2. Serm. Sat. 1.
Flebit, & insignis tota cantabitur vrbe.
Seruius iratus leges minitatur, & vrnam;

Canidia Albuci, quibus est inimica, venenum:
Grande malum Turius, si quis se iudice certet.
Vt, quo quisque valet, suspectos terreat; vtq́,
Imperat hoc natura potens, sic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit. vnde, nisi intus
Monstratum? Scaeua viuacem crede nepoti
Matrem: nil faciet sceleris pia dextera. mirum:
Vt neque calce lupus quenquam, neque dente petit bos.
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus
Expectat, seu mors atris circumuolat alis:
Diues, inops, Romae, seu fors ita iusserit, exsul,
Quisquis erit vitae, scribam, color.

Minantis exitium, cum Scylla, Charybdi, Ætna.

——— *quae ferarum immanitas,*
Senec. in *Quae Scylla, quae Charybdis Ionium mare,*
Medea. *Siculumq́ sorbens, quaeq́ anhelantem premens*
v. 407. *Titana tantus Ætna feruebit minus?*
Non rapidus amnis, non procellosum mare,
Pontusq́ Coro saeuus, aut vis ignium
Adiuta flatu possit inhibere impetum,
Irasq́ nostras. sternam, & euertam omnia.

Minantis alteri interitum cum Typhone.

Val. Fla *Saepe sibi vano Thamyrum clamore petebat*
lib. 3. *Arduus, & latè fumanti nube coruscus.*
Quantus vbi immenso prospexit ab aethere Typhon,
Igne

Igne simul, ventisq́ rubens, quem Iupiter alte
Crine tenet; trepidant diro sub lumine puppes.

Sphyngis interitum minitantis cum leone.

Cumq́ è superna rupe iam prædæ imminens Senec. in
Aptaret alas, verbera & caudæ mouens Oedip.
Saui leonis more conciperet minas, v. 95.
Carmen poposci.

MIRARI.

Mirantis se fraudatum voluptate cum somniante.

Ego contrà damnatus, & quasi quodam visu in horrorem perductus interrogare animum meum cœpi, an vera voluptate fraudatus essem.

Nocte soporifera veluti cùm somnia ludunt Petronius.
Errantes oculos, effossaq́ protulit aurum
In lucem tellus; versat manus improba furtum,
Thesaurosq́ rapit, sudor quoque proluit ora,
Candidiorq́ dies secreto fauit amori,
Et mentem timor altus habet, ne fortè grauatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox vbi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraq́ forma redit, animus quod perdidit, optat,
Atque in præterita se totus imagine versat.

MISERARI.

Miserantis Herculis Hesionen, cum eodem aliàs misericordia commoto.

Auxerat hæc locus, & facies mœstissima capti

Val.Fla. lib. 2. *Littoris & tumuli, cœlumq; quod incubat vrbi:*
Quale laborantis Nemees uer, aut Erymanthi
Vidit, & infecta miseratus flumina Lernæ.

MISERIIS AFFLICTI.

Miseriis continuis afflictorum cum Titio.

Ouid. lib. 1. de Ponto. *Viuimus, vt nunquam sensu careamus amaro;*
Et grauior longa fit mea pœna mora.
Sic inconsumptum Titii, semperq; renascens
Non perit, vt possit sæpe perire, iecur.

MOLES.

Molis in mari exstructæ, cum ponte Xerxis.

Lucan. lib. 2. *Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem*
Construxisse vias, multùm cùm pontibus ausus
Europamq; Asiæ, Sestonq; admouit Abydo,
Incessitq; fretum rabidi super Hellesponti,
Non Eurum, Zephyrumq; timens, cùm vela ratésque
In medium deferret Athon: sic ora profundi
Arctantur casu nemorum, tunc aggere multo
Surgit opus, longaq; tremunt super æquora turres.

Molis à mari disiectæ, cum aliis similibus.

Lucan. lib. 2. *Cedit in immensum cassus labor; omnia pontus*
Haurit, saxa vorat, montesq; immiscet arenis:
Vt maris Ægæi medias si celsus in vndas

Depellatur Athos, nulla tamen æquore rupes
Emineant; vel si conuulso vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni.

MOLLIS.

Mollescentis eboris, cum cera mollescente.

Tentatum mollescit ebur, positoq́ rigore
Subsedit digitis, ceditq́, vt Hymettia sole
Cera remollescit, tractataq́ pollice multas
Flectitur in facies, ipsoq́ fit vtilis vsu. Ouid. lib. 10. Metam.

Rei mollis, cum aliis similibus.

——— *mollior cuniculi capillo,*
Vel anseris medullula, vel hinnula oricilla. Catull. Car. 25.

MONITIS CONFIRMARI.

Monitis alterius confirmati, cum Philoctete sanato.

Vtq́ Machaoniis Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu
Admonitu cœpi fortior esse tuo;
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero. Ouid. lib. 1. de Ponto, Eleg. 4.

Monitis alterius animati, cum lampade oleo infuso.

Cuius ab alloquiis anima hæc moribunda reuixit:
Vt Ouid. li. 4 Trist. Eleg. 5.

Vt vigil infusa Pallade flamma solet.

MONS.

Montis mari adiacentis cum Isthmo.

Rutil. Claud. lib. 1. Itinerarii.

Transuersos colles bis ternis millibus artat;
Circuitu ponti ter duodena patent:
Qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos
Ionias bimari littore findit aquas.

Montis flamma exusti, cum acie deuicta.

——— hic defessus anhelat,
Atque aperit se hostis; decrescit spiritus illic.
Haud aliter, quam cùm læto deuicta tropheo
Prona iacet campis acies, & castra sub ipsa.

Virg. in Ætna, v. 468.

MONSTRVM.

Monstri marini, cum monstro Andromedes.

Manil. lib. 1.

Quam propter cetus conuoluens squamea terga
Orbibus insurgit tortis, & fluctuat aluo,
Intentans morsu, similis iam iamq; tenenti:
Qualis ad expositæ fatum Cepheidos vndis
Expulit adueniens vltra sua litora pontum.

Monstri marini cum balæna.

Auson. Eidyl. 10.

Nūc pecus æquoreū celebrabere, magne Silure, &c.
Te virides ripæ, te cærula turba natantum,
Te liquidæ mirantur aquæ, &c.

Talis Atlantiaco quondam balæna profundo,
Cum vento motúue suo telluris ad oras
Pellitur, exclusum fundit mare, magnáque surgunt
Æquora, vicinique timent decrescere montes.

MORBVS.

Morbi parui à principiis nascuntur, vt arbor procera ex virgulto, &c.

Opprime, dum noua sunt subiti mala semina morbi, Ouid. de arte amandi.
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires; teneras mora percoquit vuas,
Et validas segetes, quæ fuit herba, facit.
Quæ præbet latas arbor spatiantibus vmbras,
Quo posita est primùm tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Morbi animam turbantis cum mari.

Nimirum quia vis morbi distracta per artus Lucret. lib. 3.
Turbat agens animam, spumantes æquore salso
Ventorum vt validis feruescunt viribus vndæ.

MORI.

Morientis generosè cum leone & elephante.

Ac veritus credi clypeo, læuáq; vacasse, Lucan. lib. 6.
Aut culpa vixisse sua, tot vulnera belli

Solus

Solus obit; densamq́ ferens in pectore syluam,
Iam gradibus fessis in quem cadat, eligit hostem,
Par pelagi monstris. Libycæ sic bellua terræ,
Sic Libycus densis Elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squallenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas.

Morientium generosè cum apro.

Ouid. li. 2. Fast. v. 231. *Sicut aper longè syluis latratibus actus*
Fulmineo celeres dissipat ore canes,
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti,
Vulneraq́ alterna dantq́, feruntq́ manu.

Morientis generosè cum tigride.

——— *nec Paulus inultum,*
Silius lib. 11. *Quod superest de luce, finit; ceu vulnere tigris*
Letifero cedens tandem, proiectaq́ corpus
Luctatur morti, & languentem pandit hiatum
In varios morsus, nec sufficientibus iræ
Ictibus, extrema lambit venabula lingua.

Morientis iuuenis cum flore succiso.

Virg. lib. 9. v. 434. *Voluitur Euryalus leto, pulchrósq́ per artus*
It cruor, inq́ humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens, laßóue papauera collo
Demisere caput, pluuia dum fortè grauantur.

Mortui cum flore demesso.

Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt:
Qua-

Qualem virgineo demessum pollice florem Virg. lib. 11. v. 67.
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat.

Morientis pueri, cum Palæmone & Ophelte.

Dilectósq; premis visus, & frigida lambis Stat. lib. 2. Sylu. v. 172.
Oscula. erant illic genitor, matérq; iacentis
Mæsta, sed attoniti te spectauere parentes.
Quid mirum? plebs cuncta, nefas, & præuia flerunt
Agmina, Flaminio qua limite Miluius agger
Transuehit, immeritus flammis dum tristibus infans
Traditur, & gemitum formaq; ac voce meretur:
Talis in Isthmiacos prolatus ab æquore portus
Naufragus imposita iacuit sub matre Palæmon:
Sic & in anguifera ludentem gramine Lernæ
Præcisum squamis auidus bibit amnis Opheltem.

Morientis in flore iuuentutis, cum liliis, &c.

——*sed media cecidere abrupta iuuenta* Stat. lib. 3. Sylu. v. 355.
Gaudia, florentésq; manu scidit Atropos annos.
Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Pubentésq; rosæ primos moriuntur ad Austros;
Aut vbi verna nouis exspirat purpura pratis.

Mo-

Morientis cum vlmo excisa.

Stat. lib. 8. Theb. v. 542.

Saucius extremo donec cum sanguine frenos
Respuit, & iuncta domino ceruice recumbit.
Sic vlmus, vitisq́, duplex iactura coloni,
Gaurano de monte cadunt; sed mœstior vlmus
Quærit vtrumque nemus, nec tam sua brachia
libens,
Quam gerit assuetas, inuitaq́ proterit vuas.

Morientis cum puluere à vento disperso.

——— confestim munera lucis

Sedull.

Perderet; vt puluis, quem ventus proijcit ingens
A facie terræ, rapidisq́ volatibus actus
Spargitur in vacuas nebulis obscurior vmbras.

Morte abrepti cum niuibus solutis.

Albinoanus, in epist. ad Liuiá.

Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,
Vtilior patria, quam tibi, Druse, tua.
Liquitur, vt quondam Zephyris & solibus icta
Soluuntur teneræ vere tepente niues.

MORVM CONTAGIO.

Morum contagionis, cum scabie porcorum, &c.

——— dedit hanc contagio labem,

Iuuenal. lib. 2. Sat. 2.

Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit & porrigine porci,
Vuaq́ conspecta liuorem ducit ab vua.

MVLIER.

Mulierum pugnantium, cum Amazonibus.

Hos inter fremitus, nouósq; luxus, Stat. lib. 1. Sylu. in Kal. Decéb. Saturn.
Spectandi leuis effugit voluptas.
Stat sexus rudis, insciúsq; ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim, ferumq; Phasin
Thermodontiacas calere turmas.

Mulieris pudicæ cum Sabinis.

Casta nec antiquis cedens Lævina Sabinis, Mart. lib. 1. Epi. 53.
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro.

Mulieris doctæ cum aliis similibus.

Hæc est illa tibi promissa Theophila, Cani, Mart. lib. 7. Epi. 68.
Cuius Cecropia pectora voce madent.
Hanc sibi iure petat magni senis altus in hortis:
Nec minùs esse suam Stoica turba velit.
Viuet opus, quodcunque per istas miseris aures:
Tam nec fœmineum, nec populare sapit.
Non tua Parthenis nimiùm se præferat illi,
Quamuis Pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudauit amatrix:
Castior hæc, & non doctior illa fuit.

Muliebris inconstantiæ cum mari.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis, Petronius Arbiter.
Namque èst fœminea tutior vnda fide.

Fœmina nulla bona est, vel si bona contigit vlla,
Nescio quo fato res mala facta bona est.

Mulieris pulchræ & ornatæ cum Nymphis.

Ouid. lib. 6. Metam.

Ecce venit diues magno Philomela paratu,
Diuitior forma; quales audire solemus
Naiadas & Dryadas medijs incedere syluis,
Si modò des illis cultus, similesq; paratus.

Mulieris virtute præditæ, cum Tanaquil & Theano, &c.

Auson. 30. Parental.

Ingenitis pollens virtutibus, auctaq; & illis,
Quas docuit coniux, quas pater, & genitrix;
Quas habuit Tanaquil; quas Pythagoræa Theano;
Quæq; sine exemplo est in nece functa viri.

Muliebris animus accensus cohiberi nequit, vt nec flamma accendens aristas, &c.

Proper. lib. 3.

Vos vbi contempti rupistis frena pudoris,
Nescitis captæ mentis habere modum.
Flamma per incensas citiùs sedetur aristas,
Fluminaq; ad fontis sint reditura caput;
Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis
Præbeat hospitio sæua Malea suo:
Quàm possit vestros quisquam reprehendere cursus,
Et rapidæ stimulos frangere nequitiæ.

MVLTITVDO.

Multitudinis innumerabilis, cum arenis & fluctibus.

Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint, Virg. lib. 2.
Est numerus : neque enim numero comprendere refert. Georg. v. 103.
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ;
Aut, vbi nauigiis violentior incidit Eurus,
Nosse, quot Ionii veniant ad littora fluctus.

Multitudinis mulierum cum columbis.

Hic Hecuba, & gnatæ nequicquã altaria circum, Virg. lib. 2.
Præcipites atra ceu tempestate columbæ
Condensæ, & Diuûm amplexæ simulacra tenebant. Æn. v. 515.

Multitudinis laborantium cum formicis.

Migrantes cernas, totaq́; ex vrbe ruentes. Virg. lib. 4.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum Æn. v. 401.
Cum populant hyemis memores, tectoq́; reponunt;
It nigrum campis agmen, prædamq́; per herbas
Conuectant calle angusto; pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantq́; moras. opere omnis semita feruet.

Multitudinis hominum, cum foliis autumno cadentibus, &c.

Virg. *Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat:*
lib. 6. *Matres, atque viri, defunctáq; corpora vitæ*
Æn. v. *Magnanimûm Heroum, pueri, innuptæq; puellæ,*
305. *Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.*
Quàm multa in syluis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia; aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Multitudinis populi cum apibus.

Virg. *Hunc circùm innumeræ gentes, populíq; volabant.*
lib. 6. *Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena*
Æn. v. *Floribus insidunt variis, & candida circùm*
706. *Lilia funduntur; strepit omnis murmure campus.*

Multitudinis gentium, cum fluctibus marinis & aristis.

Virg. lib. *Qui Tiberim, Fabarimq; bibunt; quos frigida misit*
7. Æn. *Nursia, & Hortinæ classes, populíq; Latini;*
v. 715. *Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen:*
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis;
Vel cùm sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis.

Multi-

Multitudinis rei alicuius, cum arenis Libycis.

Quaeris, quot mihi sint satis superq́ue? — Catull. Car. 7.
Quam magnus numerus Libyssae arenae
Laserpiciferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iouis inter aestuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.

Multitudinis Nympharum cum apibus.

——— varios tum caetera saltus — Claud. lib. 2 de Rapt. v. 123.
Inuasere cohors. credas examina fundi
Hyblaeum raptura thymum, cùm cerea reges
Castra mouent, fagiq́ue caua demissus ab aluo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

Multitudinis nauium, cum populi frequentia ad ludos concurrentis.

Sed frequens magna comitante turba, — Senec. in Herc. Furente, v. 836.
Quantus incedit populus per vrbes
Ad noui ludos auidus theatri;
Quantus Eleum coit ad Tonantem,
Quinta cùm sacrum reuocauit aestas;
Quanta cùm longa redit hora noctis,
Crescere & somnos cupiens quietos
Libra Phoebaeos tenet aequa currus,
Turba secretam Cererem frequentat,
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystae:

Tanta per campos agitur silentes
Turba.

Multitudinis militum, cum exercitu Xerxis.

Claud. lib. 2. in Rufil. v. 110.
Inde truces flauo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus,
Quóq; rigat retro pernicior vnda Garumnæ,
Oceani pleno quoties impellitur æstu, &c.
Haud aliter Xerxem toto simul orbe sequutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,
Et telis vmbrasse diem, cum classibus iret
Per scopulos, tectumq; pedes contemneret æquor.

Multitudinis, siue affluentiæ rerum cum pluuia.

Stat. lib. 1. Sylu. v. 711.
Non tantis Hyas inserena nimbis
Terras obruit, aut soluta Plias,
Qualis per cuneos hyems Latinos
Plebem grandine concutit serenam.

Multitudinis telorum cum niuibus.

Stat lib. 5. Theb. v. 385.
Instamus iactu telorum, & ferrea nimbis
Certat hyems, vastæq; sudes, fractiq; molares,
Spiculaq;, & multa crinitum missile flamma.
Nunc pelago, nunc puppe cadunt. dat operta fragorem

Pinus

Pinus, & abiunctis regemunt tabulata cauernis.
Talis Hyperborea virides niue verberat agros
Iuppiter; obruitur campis genus omne ferarum,
Deprensaq; cadunt volucres, & messis amaro
Strata gelu; fragor inde iugis, inde amnibus ira.

Multitudinis ad belli spectaculum concurrentis, cum aliis populi conuentibus.

Iamq; auidum pugnas visendi vulgus inermes Stat lib. 6.Theb. v. 249.
Fama vocat. cunctis aruis ac mœnibus adsunt
Exciti; illi etiam, quis belli incognitus horror,
Quos effœta domi, quos prima reliquerat ætas,
Conueniunt. non, aut Ephyræo in littore tanta
Vnquam, aut Oenomai fremuerunt agmina circo.

Multitudinis manium infernorum, cum frondibus Erycis, &c.

——— *intrepidus parens*
Audaxq; damno conuocat Ditis feri Senec. in Oedip. v. 596.
Exsangue vulgus; illicò, vt nebulæ leues,
Volitant, & auras libero cælo trahunt.
Non tot caducas educat frondes Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cum examen alto nectitur densum globo;
Fluctusq; non tot frangit Ionium mare;
Nec tantas gelidi Strymonis fugiens minas
Permutat hyemes ales, & cælum secans
Tepente Nilo prensat Arctoas niues:
Quot ille populos vatis eduxit sonus.

Multitudinis miseriarum, cum granis mali Punici, &c.

Ouid. lib. 4. de Pōto. *Tempora nam misera complectar vt omnia vitæ,*
A meritis eius pars mihi nulla vacat.
Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis arui
Punica sub lento cortice grana rubent;
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

Multitudinis calamitatum, cum stellis & puluere.

Ouid. Trist. lib. 1. Eleg. 4 *Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,*
Paruaq; quot siccus corpora puluis habet.

Multitudinis periculorum cum stellis.

Ouid. lib. 4. Trist. Eleg. 10. *Totq; tuli terra casus, pelagoq;, quot inter*
Occultum stellæ conspicuumq; polum.

Multitudinis calamitatum, cum fruticibus & arenis.

Ouid. lib. 5. Trist. Eleg. 1. *Quot frutices syluæ, quot flauas Tybris arenas,*
Mollia quot Martius gramina campus habet:
Tot mala pertulimus.

Multitudinis pestium cum turbine hyberno.

Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo,
Quam

Quàm multæ pecudum pestes; nec singula morbi Virg.
Corpora corripiunt: sed tota æstiua repente lib. 2.
Spemq́; gregemq́; simul, cunctamq́; ab origine gen- Georg.
tem. v.470.

Multitudinis calamitatum, cum conchis maris, &c.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores, Ouid.
Quótq; soporiferum grana papauer habet; lib. 5.
Sylua feras quot alit, quot piscibus vnda natatur; Tr. st.
Quot tenerum pennis aëra pulsat auis: Eleg. 2.
Tot premor aduersis, quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Multitudinis calamitatum, cum arundinibus, apibus, &c.

Quàm multæ madidâ celantur arundine fossæ; Ouid.
Florida quàm multas Hybla tuetur apes; lib. 5.
Quam multa gracili terrena sub horrea ferre Trist.
Limite formicæ grana reperta solent: Eleg. 6.
Tam me circumstat densorum turba malorum.

Multitudinis siderum, cum multitudine arenæ, fluctuum, foliorum.

Tunc conserta licet cæli fulgentia templa Manil.
Cernere, seminibus densis, totisq́; micare lib. 5.
Floribus; vt siccæ currunt per littus arenæ.
Nec spatium stellis, mundo nec cedere summam:
Sed quot eant semper nascentes æquore fluctus;
Quot dilapsa cadant foliorum millia syluis;

Ampliùs hoc ignes numero volitare per orbem.

MVNVS.

Munera parua dantis, vt maiora accipiat, cum piscatore & venatore.

Mart. lib. 4. Epi. 43. *Munera quòd senibus viduisq; ingentia mittis,*
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit esca feras.

Munerum regiorum, cum primis agrorum muneribus.

Corippus li. 4. *Accedunt hilares, subeuntq; altissima sedis*
Culmina, prætendunt dextras, & præmia sumunt
Consulis, & mundi domini, donisq; superbi
Fuluo plena ferunt argentea vasa metallo.
Qualia fœcundi conuectant munera campi
Agricolæ, cum prata virent, plenisq; canistris
Lilia cana ferunt, mediùmq; intermicat aurum
Floris odoriferi: primordia fertilis anni
Ferre domum gaudent, postésq; & limina comunt,
Et sua placandis nectunt donaria templis.

Munerum fluxorum, cum herba solstitiali.

Auson. in Profess. 6. *O flos iuuenum*
Ostentatus,
Raptusq; simul;

Solsti-

Solstitialis
Velut herba solet!
Omnia praecox
Fortuna tibi
Dedit & rapuit.

Munera parua non esse respuenda, ad exemplum Bacchi & Phœbi.

Est nobis voluisse satis; nec munera parua Tibull.
Respueris. etiam Phœbo gratissima dona lib. 4.
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hospes ad Messalam.
Icarus, vt puro testantur sidera cœlo.

Munera parua mittentis ad magnum, cum Catullo mittente passerem Virgilio.

Nec torua lege fronte, sed remissa Mart.
Lasciuis madidos iocis libellos. lib. 4.
Sic forsan tener ausus est Catullus Epig. 11.
Magno mittere passerem Maroni.

MVRMVR.

Murmuris alicuius, cum strepitu venti in syluis, &c.

Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant: Virg.
Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster; lib. 4.
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis; Georg.
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis. v. 260.

Murmuris siue sonitus pugnæ, cum sonitu nimborum.

——— tum scuta, cauæq;
Virg. lib. 9. v. 666. *Dant sonitum flictu galeæ; pugna aspera surgit.*
Quantus ab Occasu veniens pluuialibus Hœdis
Verberat imber humum; quam multa grandine nimbi
In vada præcipitant, cùm Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemem, & cælo caua nubila rumpit.

Murmuris cum aqua inter rupes murmurante.

Virg. lib. 11. v. 296. *Vix ea legati; variusq; per ora cucurrit*
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.

Murmuris dissentientium, cum maris sonitu post tempestatem.

——— pars maxima bellum
Claud. lib. 1. in Ruff. v. 68. *Indicit superis: pars Ditis iura veretur,*
Dissensuq; alitur rumor. ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, cùm flamine fracto
Durat adhuc, sæuitq; tumor, dubiùmq; per æstum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.

Mur-

Murmuris exercitus, cum sonitu maris & tonitru.

His dictis omnes vnà fremuere manipli: Claud.
Quantùm non Italo percussa Ceraunia fluctu; lib. 2. in
Quantùm non madidis illisa tonitrua Coris. Ruff. v. 220.

Murmuris siue soni cum tonitru.

Sic fatus, clypeo quantùm vix ipse Deorum Claud.
Arbiter infesto, cùm percutit æthera nimbo lib. 2. in
Intonuit. responsat Athos, Aemusq; remugit; Eutr. v. 160.
Ingeminat Rhodope raucum concussa fragorem;
Cornua cana gelu mirantibus excutit vndis
Hebrus, & exsanguem glacie timor alligat Istrum.

Murmuris siue sonitus magni, cum strepitu in antris Cyclopum.

——— *dites Capreæ, viridésq; resultant*
Taurubulæ, & terris ingens redit æquoris Echo. Stat. lib.
Non tam grande sonat motis incudibus Aetna, 3. Sylu.
Cùm Brontes, Steropésq; ferit; nec maior ab antris 1. v. 130.
Lemniacis fragor est, vbi flammeus Aegida celat
Mulciber, & castis exornat Pallada donis.

Murmuris ingentis, cum fragore montis cadentis.

——— *geminus fragor ardua canet*
Per latera. abruptam credas radicibus ire Stat. lib.
Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem. 5. Theb. v. 337.

Mur-

Murmuris euntium ad prœlium, cum ventis.

——— ferus omni pectore sæuit
Stat.lib. 7.Theb. v. 137. *Martis amor, cædisq́; nihil flagrantibus obstat.*
Præcipitant, redimuntq́; moras: sic littora vento
Incipiente fremunt; fugiunt cum portus vbique,
Vela fluunt, laxi iactantur vbique rudentes.

Murmuris pugnantium, cum tonitru, grandine, &c.

Stat.lib. 8.Theb. v. 406. *At postquam rabies, & vitæ prodiga virtus*
Emisere animas, non tanta cadentibus Hœdis
Aëriam Rhodopen solida nunc verberat Arctos;
Nec fragor Ausoniæ tantus, cùm Iuppiter omni
Arce tonat; tanta quatitur nec grandine Syrtis,
Cùm Libyæ Boreas Italos niger attulit imbres.

Murmuris ruentis, cum fragore scopuli cadentis.

——— hic pariter telorum immanis in vnum
Val.Fla. lib. 6. *It globus; ille diu subiectis sufficit hastis:*
Quin grauior nutúq; cadens exterruit Idam,
Tunc ruit, vt montis latus, aut vt machina muri,
Quæ scopulis trabibúsq; diu, confectaq; flammis
Procubuit tamen, atque ingentem propulit vrbem.

Murmuris exercitus, cum initio tempestatis.

Sil.lib.9. *Cornipedum hinnitu, & multùm trepidantibus armis*

Erra-

Errabat cæcum turbata per agmina murmur.
Sic vbi prima mouent pelago certamina venti,
Inclusam rabiem, ac sparsuras astra procellas
Parturit vnda freti, fundoq; emota minaces
Exspirat per saxa sonos, atque acta cauernis
Torquet anhelantem spumanti vertice pontum.

Murmuris populi, cum murmure venti & fluctuum.

Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus, Ouid. lib. 15. Metam.
Murmura pineis fiunt; aut qualia fluctus
Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos:
Tale sonat populus; sed per confusa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet vna.

Murmuris cum sonitu Gargani, & maris Thusci.

——— nam quæ peruincere voces Horat. lib. 2. Epist. 1.
Eualuere sonum, referunt quem nostra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Thuscum.

MVTATIO.

Mutationis cæli, cum terræ mutatione.

Est æquale nihil. terrenos aspice tractus Manil. lib. 4.
Et maris, & notis fugientia flumina ripis.
Crimen vbique frequens, & laudi noxia iuncta est.
Sic sterilis terris lætis interuenit amnis,
Ac subitos rumpit paruo discrimine fœtus.

Et

Et modò portus erat pelagi, iam facta Charybdis,
Laudatiq́ cadit post paulum gratia ponti.
Et nunc per scopulos, nunc campos labitur amnis:
Sic etiam cæli partes variantur in astris.

Mutati consilii, cum mari diuerso vento agitato.

Stat. lib. 7. Theb. v. 559. *——rursus mutata trahuntur*
Agmina consiliis. subito ceu turbine cæli
Obuius aduersum Boreæ Notus abstulit æquor.

N

NASCI.

Natæ feræ ex vulnere matris, cum Baccho similiter nato.

Mart. in preludiis Epig. 11. *Inter Cæsareæ discrimina sæua Dianæ*
Fixisset grauidam cùm leuis hasta suem,
Exsiluit partus miseræ de vulnere matris:
O Lucina ferox, hoc peperisse fuit!
Pluribus illa mori voluisset saucia telis,
Omnibus vt natis triste pateret iter.
Quis neget esse satum materno funere Bacchum?
Sic genitum numen credite: nata fera est.

NATALIS DIES.

Natalis Domitiani, cum Natali Iouis.

Mart. lib 4. Epigr. 1. *Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa,*
Conscia Dictæum qua tulit Ida Iouem;
Longa precor, Pylioq́ veni numerosior æuo,

Semper & hoc vultu, vel meliore nite.

Natalis soli Domitiani, cum eodem Iouis.

Hæc quæ tota patet, tegiturq; & marmore, & auro, Mart. lib. 9. Epig. 21.
Infantis Domini conscia terra fuit.
Felix, quæ tantis sonuit vagitibus, & quæ
Vidit reptantes sustinuitq; manus!
Hic steterat veneranda domus, quæ præstitit orbi,
Quod Rhodos, astrifero quod pia Creta polo.
Cretenses texere Iouem crepitantibus armis,
Semiuiri poterant qualia ferre Phryges:
At te protexit Superûm pater, & tibi, Cæsar,
Pro iaculo & parma, fulmen & ægis erat.

NATARE.

Natantis cum Palæmone & Tritone.

——— *leuat vnda gradus; seu defluus ille,*
Siue obliquus eat, nec cum subit obuius, vllas Stat. lib. 9. Theb. v. 325.
Stagna dedêre moras, pariterq; reuertitur amnis.
Non Anthedonii tegit hospitis inguina portus
Blandior, æstiuo nec se magis æquore Triton
Exerit, aut charæ festinus ad oscula matris
Cùm remeat, tardùmq; ferit Delphina Palæmon.

Natantis in mari cum Helle.

Vidi ego te in somnis fracta, mi Crispe, carina Propert. lib. 2.
Ionio lassas ducere rore manus.
Qualem purpureis agitauit fluctibus Hellen,

Aurea quam molli tergore vexit ouis.
Quam timui, ne fortè tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens nauita fleret aqua!

Natando fugientium, cum piscibus perterritis.

Stat. lib. 9. v. 236. *Tunc verò exanimes tradunt rapientibus vltrò*
Arma vadis; alii demissa casside, quantum
Tendere conatus animæ valuere, sub vndis
Turpè latent; multi fluuium transmittere nando
Aggressi, sed vincla tenent, lueriq; repugnat
Balteus, & madidus deducit pectora thorax.
Qualis cæruleis tumido sub gurgite terror
Piscibus, arcani quoties deuexa profundi
Scrutantem Delphina vident; fugit omnis in imos
Turba lacus, viridesq; metu stipantur in algas,
Nec priùs emersi, quam summa per æquora flexus
Emicet, & visis malit certare carinis:
Talis agit sparsos.

Natantis feræ velociter, cum naui remigio impulsa.

Ouid. lib 4. Metam. *Ecce velut nauis præfixo concita rostro*
Sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulsu pectoris vndis
Tantum aberat scopulis, quantum Balearica tortò
Funda potest plumbo medii transmittere cæli.

NATVRA.

Naturæ paruis vitiis obnoxiæ, cum corpore næuos habente.

Atqui si vitiis mediocribus, ac mea paucis
Mendosa est natura, alioqui recta; velut si
Egregio inspersos reprehendas corpore næuos.

Horat. lib. 2. Serm.

Ad naturam scelestam redeuntium, cum animalibus ad feritatem reuersis.

——— sic fatur, & omnes
Concussit mentes, scelerumq́; reduxit amorem.
Sic vbi desuetæ syluis in carcere clauso
Mansueuere feræ, & vultus posuere minaces,
Atque hominem didicere pati; si torrida paruus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesq́;, furorq́;,
Admonitæq́; tument gustato sanguine fauces;
Feruet, & a tepido vix abstinet ira magistro.

Lucan. lib. 4.

Naturæ inclinationem homines sequuntur, vt res cæteræ.

Quamuis Pœni pulchra leones
Vincula gestent, manibusq́; datas
Captent escas, metuantq́; trucem
Soliti verbera ferre magistrum:
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituq́; graui meminere sui,
Laxant nodis colla solutis,

Boeth. lib. 3. Metro 2.

Primusq́ lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Quæ canit altis garrula ramis
Ales, cauea clauditur antro;
Huic licèt illita pocula melle,
Largasq́ dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret:
Si tamen alto saliens tecto
Nemorum gratas viderit vmbras,
Sparsas pedibus proterit escas,
Syluas tantùm mœsta requirit,
Syluas dulci voce susurrat.
Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen:
Hanc si curuans dextra remisit,
Recto spectat vertice cœlum.
Cadit Hesperias Phœbus in vndas:
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios quæq́ recursus,
Redituq́ suo singula gaudent.
Nec manet vlli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemq́ sui fecerit orbem.

NAVARCHVS.

Nauarchi tempestati obtemperantis, cum equite imperito.

Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 3.

Vtq́ parum validus non proficientia rector
Ceruicis rigidæ frena remittit equo:

Sic

Sic non quò voluit, sed quò rapit impetus vnda,
Aurigam video vela dedisse rati.

Nauarchi cum tauro.

Ac velut ille, gregis cessit cui regia, taurus Val Fla. lib. 5.
Fertur ouans; hunc omnis honos, hunc omnis in vnum
Transit amor: primo lætos sic tempore rector
Ingreditur cursus (etenim dat candida certam
Nox Helicen) iam prora fretum commouerat, & iam
Puppe sedens placidas dimiserat anchora terras.

NAVIGARE.

Nauigantis celeriter, cum columba volante.

At lætus Mnestheus, successuq́ue acrior ipso, Virg. lib. 5. Æn. v. 210.
Agmine remorum celeri, ventisq́ue vocatis,
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subitò commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plausumq́ue exterrita pennis
Dat tecto ingentem; mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas:
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis
Æquora; sic illam fert impetus ipse volantem.

Nauigantis applaudente Nereo, cum Baccho nauigante.

——— *fremitus stagnis auditur in imis,*

Claud. lib. 3 de laudibus Stiliconis, v. 359.

Cunctaq́ prosiliunt cete, Tyrrhenaq́ Nereus
Confert monstra suis, sed non æquare fatetur.
Æquora sic victor quoties per rubra Lyæus
Nauigat, intorquet clauum Silenus, & acres
Insudant tonsis Satyri, taurinaq́ pulsu
Baccharum Bromios inuitant tympana remos.
Transtra ligant ederæ, malum circumflua vestit
Pampinus, antennis illabitur ebria serpens,
Perq́ mero madidos currunt, soluuntq́ rudentes
Lynces, & insolitæ mirantur carbasa tigres.

Nauigaturi exercitus, cum classe Græcorum Aulide soluente.

Claud. de bello Gildonico, v. 480.

——— arripiunt naues, ipsiq́ rudentes
Expediunt, & vela legunt, & cornua summis
Associant malis. quatitur Tyrrhena tumultu
Ora, nec Alphææ capiunt naualia Pisæ.
Sic Agamemnoniam vindex cùm Græcia classem
Solueret, innumeris feruebat vocibus Aulis.
Non illos strepitus, impendentisq́ procellæ
Signa, nec aduentus dubii deterruit Austri.

N A V I S.

Nauis celeriter procedentis, cum sagitta.

Virg. lib. 10. v. 246.

——— & dextra discedens impulit altam,
Haud ignara modi, puppim; fugit illa per vndas
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.

Na-

Nauis in pugnam euntis cum leone.

Vtq; solent, sumptis incursu viribus, ire — Ouid. lib 11. Metam.
Pectore in arma feri, prætentaq; tela leones:
Sic vbi se ventis commiserat vnda coortis,
Ibat in arma ratis, multoq; erat altior illis.

Nauis mare cursu suo secantis & impellentis, cum nimbo, mole saxea in mare coniecta.

——— tanta moles labitur
Fremebunda ex alto, ingenti sonitu & spiritu. — Accius in Argonautis.
Præ se vndas voluit, vertices vi suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.
Ita dum interruptum credas nimbum voluier,
Dum quod sublime ventis expulsum rapi
Saxum, aut procellis; vel globosos turbines
Existere ictos vndis concursantibus:
Nisi quas terrestres pontus strages conciet,
Aut fortè Triton fuscina euertens specus,
Subter radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum vomit.

Nauis vndis repletæ, cum milite generoso.

Dat quoque iam saltus intra caua texta carinæ — Ouid. lib 11. Metam.
Fluctus. &, vt miles numero præstantior omni
Cùm sæpe assilit defensæ mœnibus vrbis,
Spe potitur tandem, laudisq; accensus amore
Inter mille viros, murum tamen occupat vnus:
Sic vbi pulsarunt celsi latera ardua fluctus,
Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ.

Nauis vndis pulsatæ, cum mœnibus balista pulsatis.

Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 2. *Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab vndis,*
Quam graue balistæ mœnia pulsat onus.

Nauis ex salice fabricatæ, cum aliis fabricatis.

Lucan. lib. 4. *Vtq; habuit ripas Sicoris, campósq; reliquit.*
Primum cana salix madefacto vimine paruam
Texitur in puppim, cæsóq; induta iuuenco
Vectoris patiens tumidum superenatat amnem:
Sic Venetus stagnante Pado, fusóq; Britannus
Nauigat Oceano; sic cum tenet omnia Nilus,
Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Nauis tempestate iactandæ, cum naui Aiacis.

Horat. lib. Epo. Ode 10. *Quietiore nec feratur æquore,*
Quam Graia victorum manus,
Cùm Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.

Nauis conquassatæ & laceræ, cum serpente vulnerato.

Virg. lib. 5. Æn. v. 270. *Cum sæuo è scopulo multa vix arte reuulsus*
Amissis remis, atque ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens,
Aerea quem obliquum rota transiit, aut grauis ictu
Semi-

Seminecem liquit saxo lacerúmque viator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus;
Parte ferox, ardensque oculis, & sibila colla
Arduus attollens; pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodos, seque in sua membra plicantem:
Tali remigio nauis se tarda mouebat:
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.

Nauium fluctibus quassatarum, cum Isthmo.

Tum noua caeruleum descendit classis in aequor, Silius lib. 15.
It comes Ausonia, atque in terras transit Iberas.
Vt, cum saeua fretis immisit praelia Corus,
Isthmon curuat [illegible] sublime suberigit vndis,
Et spumante ruens per saxa gementia fluctu
Ionium Aegeo miscet mare.

NAVMACHIA.

Naualis certaminis, cum Cycladibus in mari natantibus.

Alta petunt. pelago credas innare reuulsas Virg. lib. 8. v. 691.
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus instant.

Naumachiae Domitiani, cum naumachia Augusti.

Augusti laudes fuerant, committere classes, Mart. in praeludiis Epi. 26.
Et freta nauali sollicitare tuba:
Caesaris haec nostri pars est quota? vidit in vndis

Et Thetis ignotas, & Galatea, feras.
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus,
Et domini Triton ipse putauit equos.
Dúmq; parat sæuis ratibus fera prœlia Nereus;
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Quicquid & in circo spectatur, & Amphitheatro,
Diues Cæsarea præstitit vnda tibi.
Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis,
Hanc norint vnam sæcula Naumachiam.

Naumachia cum aliis.

Auson. *Remipedes medio certant cùm flumine lembi,*
10. Eidy. *Et varios ineunt flexus, viridesq; per oras*
Stringunt attonsis pubentia germina pratis;
Puppibus & proris alacres gestire magistros,
Impubemq; manum super amnica terga vagantem
Dum spectat transire diem sua seria ludo
Posthabet; excludit veteres noua gratia curas.
Tales Cumano despectat in æquore ludos
Liber, sulphurei cùm per iuga concita Gauri,
Perq; vaporiferi graditur vineta Vesæui:
Cùm Venus Actiacis Augusti læta triumphis
Ludere lasciuos fera prœlia iussit amores.
Qualia Niliacæ classes, Latiæq; triremes
Subter Apollineæ gesserunt Leucados arces:
Aut Pompeiani Mylasena pericula belli
Euboicæ referunt per Auerna sonantia cymbæ.

Naumachia cum aliis.

Innocuos ratium pulsus, pugnasq; iocantes

Nau-

Naumachiæ: Siculo quales spectante Peloro Auson.
Cæruleus viridi reparat sub imagine pontus. Eidyl. 9.
Non aliam speciem petulantibus addit ephebis
Pubertasq; annis, & picti rostra Phaseli.

NIGER & NIGREDO.

Nigri aurigæ, cum Plutone rapiente Proserpinam.

Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis, Silius lib. 7.
Nigra viro membra, & fului iuga celsa trahebant
Cornipedes, totusq; nouæ formidinis arte
Concolor æquabat liuentia currus equorum
Terga, &c.
Ceu quondam æternæ regnator noctis ad imos
Cùm fugeret thalamos, Ætnæa virgine rapta,
Egit nigrantem Stygia caligine currum.

Nigredo in candorem mutari potest, vt cæruleus color maris in candidum.

Perfacilè exemplo rationem reddere possem, Lucret. lib. 7.
Cur ea, quæ nigro fuerint paulò antè colore,
Marmoreo fieri possint candore repente?
Vt mare, cum magni commôrunt æquora venti,
Vertitur in canos candenti marmore fluctus.

NOBILIS.

Nobilis viri, cum equo generoso.

Stemmata quid faciunt, quid prodest &c. vide Textum.

Iuuenal. lib. 3. Sat. 8. *Dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta*
Quis generosa putet, nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exsultat rauco victoria circo.
Nobilis hic, quocunque venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.

Nobilitas ignauis nihil prodest, vt nec ignauis equis nobile genus.

Iuuenal. lib. 3. Sat. 8. *Sed venale pecus Corithæ, posteritas &*
Hirpini, si rara iugo victoria sedit.
Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
Umbrarum; dominos pretiis mutare iubentur
Exiguis, tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes, dignique molam versare nepotis.

Nobilis omnibus chari, cum equo generoso, cui in circo applauditur.

Stat. lib. 5. Sylu. v. 283. ——— *Romulei qualis per iugera circi*
Cum pulcher visu, titulis generosus auitis
Exspectatur equus, cuius de stemmate longo
Felix demeritos habet admissura parentes;
Illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
Puluis, & incuruæ gaudent agnoscere metæ:
Sic te Clare puer genitum sibi curia sensit,
Primaq; patricia clausit vestigia Luna.

NOCE-

NOCERE.

Nocentis sibi ipsi, secus ac lupi faciunt & leones.

Sed ut, secundùm vota Parthorum, sua Horat. li. Epod. Ode 7.
Urbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, nisi indispar, feris.

Noxiæ rei cum alia.

Frigora nec tantùm cana concreta pruina, Virg. lib. 2. Georg. v. 376.
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas:
Quantùm illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.

Nocentium voluptatum & deliciarum, cum aliis rebus nociuis.

Tot monstris Ægypte nocens, non Thessala tellus, Lucan. lib. 10.
Vastaq; regna Iubæ, non pontus, & impia signa
Pharnacis, & gelido circumfluus orbis Ibero
Tantum ausus scelerum; non Syrtis barbara: quantum
Deliciæ fecere tuæ.

NOMEN.

Nominis alicuius, cum nomine Ganymedis.

Nomen cum violis rosisq; natum,
Quo pars optima nuncupatur anni,

Hy-

Mart. lib. 9. Epig. 12.

Hyblam quod sapit, Atticosq́; flores,
Quod nidos olet alitis superbæ:
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer vocari,
Et qui pocula temperat Tonanti.

Nomen acquirentis ex regione deuicta, cum Scipione & Metello.

Mart. lib. 2. Epigr. 2.

Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomen;
Scipio quod victor, quodq́; Metellus habet.
Nobilius domito tribuit Germania Rheno,
Et puer hoc dignus nomine Cæsar eras.
Frater Idumæos meruit cum patre triumphos:
Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

NVGÆ.

Nugas agentis cum mimo.

Horat. lib. 2. Epist. 2.

——— virtute carentia tollet;
Ludentis speciem dabit, & torquebitur: vt qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.

NYMPHÆ.

Nympharum cum Amazonibus.

Claud. lib. 2. de Rapt. v. 59.

———quas pigra vado Camarina palustri,
Quas Arethusæi latices, quas aduena nutrit
Alphæus, Cyane totum supereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exsultat ademptis
Pulchra cohors, quoties Arcton populata virago

Hip-

Hippolyte nineas ducit post prœlia turmas,
Seu flauos strauere Getas, seu fortè rigentem
Thermodoontiaca Tanaim fregere securi.
Aut quales referunt Baccho sollemnia Nymphæ
Mæoniæ, quas Hermus alit, ripasq́; paternas
Percurrunt auro madidæ; lætatur in antro
Amnis, & vndantem declinat prodigus vrnam.

O

OBIVRGARE.

Eutropii milites obiurgantis, cum nutrice puellas obiurgante.

Increpat Eutropius: non hæc spectacula tempus Claud. lib. 2 in Eutrop.
Poscere; nunc alias armorum incumbere curas;
Se satis Armenio fessum pro limite cingi,
Nec tantis vnum subsistere posse periclis;
Ignoscant senio; iuuenes ad prœlia mittant.
Qualis pauperibus nutrix inuisa puellis
Assidet, & tela communem quærere victum
Rauca monet: festis illæ lusisse diebus
Orant, & positis æquauas visere pensis,
Irataq́; operi iam lasso pollice fila
Turbant, & teneros detergunt stamine fletus.

OBLIVISCI.

Obliuionis mandatorum, cum nubibus euanescentibus.

Hæc mandata priùs constanti mente tenentem

The-

Catul in nuptiis Pelei & Thetidos. *Thesea, ceu pulsæ ventorum flamine nubes*
Aërium niuei montis liquere cacumen.

Obliuiscentis malorum, cum Baccha vulnus proprium non sentiente.

Ouid. lib. 4. Trist. Eleg. 1. *Vtq; suum Bacche non sentit saucia vulnus,*
Dum stupet Idæis exululata iugis:
Sic, vbi mota calent sacro mea pectora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.
Ille nec exsilium, Scythici nec littora ponti,
Ille nec iratos sentit habere Deos.
Vtq; soporiferæ biberem si pocula Lethes,
Temporis aduersi sic mihi sensus abest.

Obliti alicuius rei, cum sponsa oblita sponsi.

Catull. ad Ortalum. *Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis*
Effluxisse meo forte putes animo:
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio,
Quod miseræ oblitæ molli sub veste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur.

OBSCVRATIO.

Obscurationis Solis, cum ea, quam passus est Mycenis.

Lucan. lib. 1. *Ipse caput medio Titan cùm ferret Olympo,*
Condidit ardentes atra caligine currus,

Inuol-

Inuoluitq; orbem tenebris, gentesq; coëgit
Desperare diem: qualem fugiente per ortum
Sole Thyesteæ noctem duxere Mycenæ.

Obscurati Solis, cum eodem eclipsin patiente.

Squallidus interea genitor Phaëthontis, & expers Ouid. lib. 2. Metam.
Ipse sui decoris, qualis cùm deficit orbi,
Esse solet, lucemq; odit, seq; ipse, diemq;,
Datq; animum in luctus, & luctibus adiicit iram,
Officiumq; negat mundo.

OBSTARE.

Obstantis bello, cum Isthmo.

——— qualiter vndas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat Lucan. lib. 1.
Isthmos,
Nec patitur conferre fretum; si terra recedat,
Ionium Ægæo franget mare: sic vbi sæua
Arma Ducum dirimens miserando funere Crassus
Assyrias Latio maculauit sanguine Carras.

OBSTVPESCERE.

Obstupescentis se in hostes delapsum, cum viatore anguem calcante.

Dixit, & extemplo (neque enim responsa da- Virg. lib. 2.
bantur
Fida satis) sensit medios dilapsus in hostes. Æn. v. 376.

Obstupuit, retroq́ pedem cum voce repressit.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusq́ repente refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

Obstupescentis cum Mœnadibus, post Pentheum interfectum.

Flacc. lib. 3.

Illi autem neque adhuc gemitus, neque conscia facti
Ora leuant; tenet exsangues rigor horridus artus:
Ceu pauet ad crines & tristia Pentheos ora
Thyas, vbi impulsæ iam se deus agmine matris
Abstulit, & cæsi vanescunt cornua tauri.

Obstupescentis belli tumultum, cum pastore obstupescente segetes comburi.

Virg. lib. 2. Æn. v. 302.

Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atque arrectis auribus adsto.
In segetem veluti cùm flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq́ labores,
Præcipitesq́ trahit syluas. stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Obstupescentis cum statua.

Ouid. lib. 3. Metam.

Dumq́ bibit visæ correptus imagine formæ,
Spem sine corpore amat. corpus putat esse, quod vmbra est.
Adstupet ipse sibi, vultuq́ immotus eodem
Hæret,

Hæret, vt è Pario formatum marmore signum.

Obstupescentis præ iracundia, cum nauta obstupescente.

——— perstrinxerat horror
Ipsum etiam, & mœsta stabat defixus in ira. Val. Fla. lib. 7.
Non ita Tyrrhenus stupet, Ioniusq; magister,
Qui portus Tyberine tuos, claramq; serena
Arce Pharon præceps subiit. nusquam ostia, nusquam
Ausoniam videt, & sæuas accedere Syrtes.

Obstupescentis cum Prometheo vidente homines è terra surgere.

Haud aliter stupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator Ouid. lib 15. Metam.
Fatalem glebam motis adspexit in aruis
Sponte sua primùm, nulloq; agitante moueri;
Sumere mox hominis, terraq; amittere formam,
Oraq; venturis aperire recentia fatis.

Obstupescentis cum fulmine tacto leuiter.

Non aliter stupui, quàm qui Iouis ignibus ictus Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 3.
Viuit, & est vitæ nescius ipse suæ.

Obstupescentis nemus aliquod, cum Baccha mirante Hebrum & Thraciam.

——— non secus in iugis Horat. Carm. lib. 3. Ode 2.
Exsomnis stupet Euias

Hebrum prospiciens, & niue candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen. vt mihi deuio
Rupes, & vacuum nemus
Mirari libet!

OBVIVS.

Obuii in tenebris, cum aliis eiusdem generis.

Val. Fla. lib. 7.

Atque hic se profugam volucrũ Thaumantias alis
Sustulit, inde Venus dextra dilapsa tenenti.
Obuius vt fera cùm se sub nocte magistris
Impingit, pecorique pauor; qualesque profundum
Per chaos occurrunt cæcæ sine vocibus vmbræ:
Haud secus in mediis noctis, nemorisque tenebris
Inciderant ambo attoniti, iuxtaque subibant
Abietibus tacitis, aut immotis Cyparissis
Assimiles, rapidus nondum quas miscuit Auster.

OCCIDERE.

Occidentium se mutuò, cum nauibus mutuò se mergentibus.

Stat. lib. 11. v. 518.

——— miscentur frena, manusque,
Telaque, & ad terram turbatis gressibus ambo
Præcipitant: vt nocte rates, quas nubilus Auster
Implicuit, frangunt tonsas, nutantque rudentes,
Luctataque diu tenebris, hyemique, sibique,
Sicut erant imo pariter sedere profundo:
Hæc pugnæ facies. ———

Occi-

Occidendorum cum tauris immolandis.

Talis in aduectos Neptuni credita proles Val. Fla. lib. 4.
Æternùm furit. atq; æqua virtutis egentes,
Ceu Superùm segnes ad iniqua altaria tauros
Constituit, tandem vt misero lauet arma cerebro.

Herodis occidentis infantes, cum leone.

——— ceu leo frendens,
Cuius ab ore tener subitò cùm labitur agnus, Sedull. lib. 2.
In totum mouet arma gregem, manditq;, trahítq;
Molle pecus, trepidæq; vocant sua pignora fœtæ
Nequicquam, & vacuas implent balatibus auras:
Haud secus Herodes Christo stimulatus adempto,
Sternere collisas paruorum strage cateruas
Immerito non cessit atrox.

Occidentium se mutuò, cum Spartiatis.

——— sic semine Cadmi
Emicuit Dircæa cohors, cecidítq; suorum Lucan. lib. 4.
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.
Phasidos & campis insomni dente creati
Terrigenæ missa magicis è cantibus ira
Cognato tantos implerunt sanguine sulcos,
Ipsaq;, inexpertis quod primum fecerat herbis,
Expauit Medea nefas: sic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes, nimiumq; in morte virorum
Mors virtutis habet. pariter sternuntq;, caduntq;
Vulnere letali, nec quemquam dextra fefellit,

Cùm feriat moriente manu: nec vulnus adactis
Debetur gladiis; percussum est pectore ferrum,
Et iugulis pressere manum.

Occidentis multos, cum anno pestifero.

Stat. lib. 7. v. 708. *Innumeram ferro plebem, ceu letifer annus,*
Aut iubar aduersi graue sideris, immolat umbris
Ipse suis.

Occidentis anserem à quo inuasus fuerat, cum Hercule Stymphalidas occidente, &c.

Cœpique pugnacissimum animal armata cædere manu: nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicaui.

Petronius. *Tales Herculea Stymphalidas arte coactas*
Ad cælum fugisse reor, pleneq́ fluentes
Harpyias, quum furtiuo maduere veneno
Fallaces epulæ. tremuit perterritus æther
Planctibus insolitis, confusaq́ regia cæli.

Occidentium se mutuò per discordiam intestinam, cum Romanis impellente Tisiphone.

——— nunc ensibus vncis
Val. Fla. lib. 6. *Implicat, & trepidos lacerat discordia currus.*
Romanas veluti sæuissima cùm legiones
Tisiphone Regésq; monet, quorum agmina pilis,
Quorum aquilis vtrimq; micant, eadémque parentis

Rura colunt; idem lectos ex omnibus agris
Miserat infelix non hæc ad prœlia Tybris:
Sic modo concordes, externaq́ regna petentes
Palladiu rapuere metus: sic in sua verti
Funera concurrunt dominis reuocantibus axes.

OCCVLTVS.

Occultæ rei inueſtigandæ, cum via, quæ multas ſemitas habet.

Secretum sed grande nequit rationis opertæ Prudēt.
Quæri aliter, quam si sparsis via multiplicetur lib. apo-
Tramitibus, & centenos ferat orbita calles theoſ.
Quæsitura Deum variata indage latentem.

OCVLVS.

Oculorum cum ſpeculo.

——— *flagrant quoque lumina Nymphæ* Ouid.
Non aliter, quàm cùm puro nitidissimus orbe lib. 1.
Opposita speculi referitur imagine Phœbus. Metam.

Oculorum à Chriſto ſanatorum, cum lampade olei infuſione lucente.

——— *tunc cæca precantum*
Lumina, diffuso ceu torpens ignis oliuo, Sedull.
Sub domini micuere manu, tactúq́ sereno
Instaurata suis radiarunt ora lucernis.

Oculorum iracundorum, cum anguinis oculis.

Ouid. lib. 3. de arte amandi. *Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ,*
Lumina Gorgoneo sæuius angue micant.

ODIVM.

Odiosæ Deo gentis, cum vino acido.

——— nam dulcia vina
Sedull. *Sicut in horrendum dum conuertuntur acetum,*
A mensis proiecta iacent: ita tempore prisco
Gens accepta Deo, nunc est odiosa propago.

Odio prosequentium cladis auctorem, cum odio persequentibus nauarchum naufragio superstitem.

Silius lib. 10. *Varronem aduentare vagus per mœnia rumor*
Spargit, & occulto perfundit pectora motu:
Haud secus ac fractæ rector si forte carinæ
Littoribus solus vacuis ex æquore sospes
Adnatet; incerti trepidant, tendántue, negéntue
Iactato dextras, ipsamq; odere salutem
Vnius amissa superantis puppe magistri.

OMEN.

Ominis futuri Imperatoris, cum omine Iouis regnaturi.

At tua cælestes illustrant omina flammæ.

Talis

Talis ab Idæis primæuus Iuppiter antris Claud.
Possessi stetit arce poli, famulósq; recepit de 4.
Natura tradente Deos; lanugine nondum Conf.
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant Honor.
Motura conuexa comæ; tum scindere nubes v.196.
Discebat, fulmenq; rudi torquere lacerto.

OPPRIMERE.

Oppressi ruina, cum aurifodinis oppresso.

——— *venit arduus ille* Stat. lib.
Desuper, oppreßumq; ingentis mole ruinæ 6. Theb.
Condidit. haud aliter collis scrutator Iberi v.878.
Cùm subiit, longeq; diem vitamq; relinquit:
Sic tremuit suspensus ager, subitumq; fragorem
Rupta dedit tellus. latet intus monte soluto
Obrutus, ac penitus fractum obductúmq; cadauer
Indignantem animam propriis non reddidit astris.

Opprimentis feram, cum aquila draconem opprimente.

Vtq; Iouis præpes vacuo cùm vidit in arua Ouid.
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem, lib. 4.
Occupat aduersum, neu sæua retorqueat ora, Metam.
Squamiferis auidos figit ceruicibus vngues:
Sic celeri missus præceps per inane volatu
Terga feræ pressit, dextróq; frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.

OPPVGNARE.

Oppugnantis fortiorem, cum aqua rupem verberante.

Stat. lib. 6. Theb. v. 771. *Sæpe etiam iniustis collatum viribus hostem*
(Is vigor ingenio est, tanta experientia dextræ)
Vltro audax animis instatq́; , & obumbrat, & altè
Assilit: vt præceps cumulo salit vnda minantes
In scopulos, & fracta redit: sic ille furentem
Circuit expugnans.

Oppugnantis mœnia, cum amne moles paulatim frangente.

Stat. lib. 10. v. 855. *Ille nec ingestis, nec terga sequentibus vnquam*
Detrahitur telis, vacuóq́; sub aëre pendens,
Plana velut terra certus vestigia figat,
Tendit, & ingenti subit occurrente ruina.
Amnis vt incumbens longæui robora pontis
Assiduis oppugnat aquis; iam saxa fatiscunt,
Emotæq́; trabes: tanto violentior ille
(Sæuit enim maiore salo) quassatq́;, trahitq́;
Molem ægram, nexus donec celer alueus omnes
Abscidit, & cursu victor respirat aperto.

Oppugnantis aduersarium, cum vrbem oppugnante.

Virg. lib. 5. Æn. v. 439. *Ille velut celsam oppugnat qui molibus vrbem,*
Aut montana sedet circùm castella sub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnémq́; pererrat

Arte

Arte locum, & variis aßultibus irritus vrget.

Oppugnantium ciuitatem, cum lupis ouile ambientibus.

——— tunc frontem, auersáq; terga
Partiti, laterúmq; sinus, vallum vndiq; cingunt Stat. lib. 10. v. 40.
Ignibus infestis. rabidi sic agmine misto
Sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris
Nil non ausa fames longo tenuauit hiatu.
Iam stabula ipsa premunt, torquet spes irrita fauces,
Balatusq; tremens, pinguésq; ab ouilibus agnæ.
Quod superest, duris adstringunt postibus vngues,
Pectoraq́; & siccos minuunt in limine dentes.

OPTARE.

Optati aduentus Principis, cum noui Phœnicis aduentu.

——— nullisq́; senectus,
Non iter, hibernis obstant nec flatibus Alpes. Claud. lib. 2. de Laud. Stiliconis, v. 411.
Vincit amor meriti pridem, clarísq; vetustis
Fascibus ad socii properant & vindicis annum.
Sic vbi fœcunda reparauit morte iuuentam,
Et patrios idem cineres, collectáq; portat
Vnguibus ossa piis, Niliq; ad littora tandem
Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro:
Conueniunt aquilæ, cunctæq́; ex orbe volucres,
Vt Solis mirentur auem. procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama busti.

Optan-

Optantium videre ſuos, cum pullis matri aduentanti occurrere cupientibus.

——— nouus aſſilit æthera magnum
Stat. lib. *Clamor, & è ſummo pendent cupida agmina vallo,*
10. v. *Noſcere quiſque ſuos: volucrum ſic turba recentum*
451. *Cùm reducem longo proſpexit in æthere matrem,*
Ire cupit contrà, ſummaq́; è margine nidi
Exſtat hians; iam iamq́; cadat, ni pectore toto
Obſtet aperta parens, & amantibus increpet alis.

Optantium aduentum Conſulis, cum ruſticis pluuiam exſpectantibus.

Coripp. *Conſulis aduentum ſumma tardantis in aula*
lib. 4. *Exſpectant, pendúntq; moras, cauſasq́; morarum*
Inquirunt, oculósq; omnes ad regia tollunt
Limina, proceſsúmq; Auguſti Conſulis optant:
Haud ſecus vt Libyci terra ſitiente coloni
Nubila ſuſcipiunt, moto cùm fulgura cælo
Prima micant, crebróq; tonans Notus implicat æthram;
Ruricolûm ſiccos diſcurrit turba per agros
Spe pluuiæ, nudantq́; locos, aditúſq; viarum
Librant, & curſus omnes moderantur aquarum,
Vnde fluant liquidi per prata virentia riui.
Cogit dura ſitis, cumulóſq; arentis arenæ
Obiiciunt, pinguíſque ſoli decliuia claudunt.

OPVS.

OPVS.

Operis solidi, cum operibus Cyclopum.

——— stant ardua ferro
Mœnia, ferrati postes, immensaq́; nectit Claud. lib. 1. de Rapt. v. 239.
Claustra chalybs. nullum tanto sudore Pyracmon
Nec Steropes construxit opus: nec talibus vnquam
Spirauere notis animæ: nec flumine tanto
Incoctum maduit lassa ceruice metallum.

Operis magnæ molis, cum mœnibus Troianis & Babylonicis.

Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros, Lucan. lib. 6.
Adscribatq́; Deis; fragili circumdata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En quantùm Tigris, quantum celer ambit Orontes;
Assyriis quantum populis telluris Eoæ
Sufficit in regnum subitum, belliq́; tumultu
Raptum clausit opus: tanti periere labores.

ORARE.

Orantium Deos, cum statuariis.

Offendunt nunquam thura precesq́; Iouem. Mart. lib. 8. Epig. 24.
Qui fingit sacros auro vel marmore vultus;
Non facit ille Deos: qui rogat, ille facit.

Orantium frustra, cum pueris parenti vitam longiorem precantibus.

Dicta dabant ventis, nec debita fata mouebant.

Val. Fla. lib 5. *Qualem præcipiti grauidum iam forte parentem*
Natorum flet parua manus, trepidiq; precantur,
Duret vt inualidis, & adhuc genitoris egentis:
Haud aliter socii supremo in tempore Tiphyn,
Ante alios superesse volunt; mors frigida contrà
Vrget, & ille recens, oculis interuolat Idmon.

ORATOR.

Oratoris boni, cum Menelao, Vlysse, Nestore, & Cicerone.

Auson. Epist. 16. *Hunc dico, qui lingua potens*
Minorem Atridam præterit
Orando pauca, & musica:
Qui grandines Vlyssei,
Mellifluentem Nestora,
Concinnatorem & Tullium:
Qui solus, exceptis tribus
Heris, herorum primus est,
Prætorioq; maximus.

Oratoris boni, cum aliis.

Auson. in Professor. 1. *Seu libeat fictas ludorum euoluere lites;*
Ancipitem palmam Quintilianus habet.
Dicendi torrens tibi copia, quæ tamen aurum,
Non etiam luteam volueret illuuiem.
Et Demosthenicum, quod ter primum ille vocauit,
In te sic viguit, cedat vt ipse tibi.

Oratoris boni, cum auriga.

Iudiciis affectum, possessaq́; pectora ducis — Lucan. in Panegyrico.
Victor; sponte sua sequitur quocumque vocasti.
Flet, si flere iubes: gaudet gaudere coactus:
Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
Qui modò non solùm rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat: modò torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.

Oratoris boni, cum Vlysse, &c.

Seu iuuat adstrictas in nodum cogere voces, — Lucan. in Panegyrico.
Et dare subtili viuacia verba catenæ,
Vim Laërtiadæ, breuitatem vincis Atridæ.
Dulcia seu mauis liquidóq; fluentia cursu
Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,
Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.

ORGIA.

Germanorum Orgia celebrantium, cum aliis populis eadem celebrantibus.

Conditur occidui quà Rheni gurgitis vnda. — Festus Auienus in orbis descriptione.
——— hic chorus ingens
Feminei cætus pulchri colit Orgia Bacchi:
Producit noctem ludus sacer; aëra pulsant

Voci-

Vocibus, & crebris latè sola calcibus vrgent.
Non sic Absynthi prope flumina Thraces, & almæ
Bistonides; non quà celeri ruit agmine Ganges,
Indorum populi stata curant festa Lyæo.

ORNARE.

Ornatæ mulieris, cum Vertumno, &c.

Tibullus lib. 4.

Urit, seu Tyria voluit procedere palla:
Vrit, seu niuea candida veste venit,
Talis in æterno felix Vertumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet:
Sola puellarum digna est, cui mollia caris
Vellera det succis bis madefacta Tyros:
Possideatq́, metit quicquid bene olentibus aruis
Cultor odoratæ diues Arabs segetis:
Et quascunque niger rubro de littore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.

Ornati Apollinis, cum eodem aliàs ornato.

Tibull. lib. El.

Ipse triumphali deuinctus tempora lauro,
Dum cumulant aras, ad tua sacra veni:
Sed nitidus, pulcherq́ veni, nunc indue vestem
Sepositam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuisse Ioui.

Ornantis sese Romæ, cum matre filiam ornante.

Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ,

Spe propiore tori, mater sollertior ornat Claud. de 6. Conf. Honor. v. 523.
Aduenientе proco, vestes; & cingula comit
Sæpe manu, viridiq; angustat iaspide pectus,
Substringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures:
Sic oculis placitura tuis, insignior auctis
Collibus, & nota maior se Roma videndam
Obtulit.

Ornantis se, cum noua nupta.

Tu potes externos manibus componere crines, Propert. lib. 1.
Et longa faciem quærere desidia,
Nec minus Eois pectus variare lapillis:
Ut formosa nouo quæ parat ire viro.

Ornati cum Sole sereno.

Accelerant; fidi cura est vt cuiq; ministri, Coripp. lib. 2.
Obsequiis præbere manus, promuntq; feruntq;
Augustas vestes, pretiosaq; cingula gemmis,
Et capitis diadema sacri. cultu ipse priore
Exuitur, tantúmq; vno vestitus amictu
Constitit, & lumen membris regalibus auxit.
Haud secus, vt nubes cùm perscindere densam
Cœperit, & cælum monstrauerit æthra serenum,
Ardentes radios mittit iubar; omnia viso
Congaudent elementa die: mox erigit herba
Molle caput, vernant segetes, & gramina cre-
scunt,
Ipsaq; conspectis gradiuntur lumina terris.

Ornantis aliquem, cum Latona filios ornante.

Claud. in Consulatu Prob. & Olyb. v. 178.

Iam parat auratas trabeas, currusq́; micantes
Stamine, quod molli tondent de stipite Seres,
Frondea lanigeræ carpentes vellera syluæ:
Et longum tenues tractus producit in aurum,
Filaq́; concreto cogit squalere metallo.
Qualis purpureas præbebat candida vestes
Numinibus Latona suis, cùm sacra redirent
Ad loca nutricis iam non errantia Deli.
Illa feros saltus, & desolata relinquens
Mænala, lassato Cretam venatibus arcu
Phœbus, adhuc nigris rorantia tela venenis
Exstincto Pythone ferens: tunc insula notos
Lambit amica pedes, ridetq́; Ægæus alumnis
Lenior, & blando testatur gaudia fluctu.

Ornantis virginem, cum filia Scyronis Achillem ornante.

Claud. in nuptiis Honor. v. 10.

——— iam munera nuptæ
Præparat, & pulchros Mariæ, sed luce minores
Eligit ornatus; quidquid venerabilis olim
Liuia; Diuorúmq́; nurus gessere superbæ.
Incusat spes ægra moras, longiq́; videntur
Stare dies, segnemq́; rotam non voluere Phœbe.
Scyria sic tenerum virgo flammabat Achillem,
Fraudis adhuc expers, bellatricesq́; docebat
Ducere fila manus: & mox, quos horruit, idem
Thessalico roseos nectebat pectine crines.

OTIVM.

Veneris otia amantis, cum platano aqua gaudente, &c.

Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus vnda, Ouid. de Rem. Amor. lib. 1.
Et quam limosa canna palustris humo:
Tam Venus otia amat.

Otiosæ turbæ, cum alia eiusdem generis.

Vicini pete porticum Quirini; Mart. lib. 11. Epig.
Turbam non habet otiosiorem
Pompeius, vel Agenoris puella,
Vel primæ dominus leuis carinæ.

P

PACATVM TEMPVS.

Pacati temporis, cum tempore Numæ.

Plena quies aderit, quæ stricti nescia ferri Calphur. Ecl. 1.
Altera Saturni reuocet Latialia regna,
Altera regna Numæ, qui primus ouantia cæde
Agmina, Romuleis & adhuc ardentia castris
Pacis opus docuit, iussitq́; silentibus armis
Inter sacra tubas, non inter bella sonare.

PALATIVM.

Palatii Cæsaris, cum aliis ædificiis magnificis.

Regia Pyramidum Cæsar miracula ride:

Martial. lib. 8. Epig. 36. *Iam tacet Eoum, barbara Memphis, opus.*
Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ?
Clarius in totâ nil videt orbe dies.
Septenos pariter credas aßurgere montes;
Thessalicum breuior Pelion Ossa tulit.
Æthera sic intrat, nitidis vt conditus astris
Inferiore tonet nube serenus apex:
Et priùs arcano satietur lumine Phœbi
Nascentis, Circe quàm videt ora patris.
Hæc Auguste tamen, quæ vertice sidera pulsat,
Par domus est cælo, sed minor est domino.

PALLERE.

Pallentis cum statuis.

Val. Fla. lib. 2. *Rupe truces manicas, defectaq́ virginis ora*
Cernit, & ad primos surgentia lumina fluctus.
Exanimum veluti, multa tamen arte coactum
Mœret ebur, Pariúsue notas & nomina sumit
Cùm lapis, aut liquidi referunt miranda colores.

Pallentis & trepidantis, cum nautis hieme congelatis.

——— *densam interea descendere noctem*
Val. Fla. lib. 3. *Iam maiore metu. tum verò & pallor, & amens*
Cum piceo sudore rigor: ceu pectora nautis
Congelat hiberni vultus Iouis, agricolísue
Cùm coit vmbra minax.

Pal-

Pallidi cum reo.

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squalidus harebo, pallidióq; reo. Mart. lib. 2. Epig. 22.

Pallentis cum frondibus in Autumno.

——— color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet seris, quas noua læsit hyems. Ouid. lib. 6. Fast. v. 149.

Et:

Quiq; per autumnum percussis frigore primo
Est color in foliis, quas noua læsit hyems:
Is mea membra tenet. Ouid. lib 3. Trist. Eleg. 8.

Pallentis cum cera.

Paruus in exiles succus mihi peruenit artus,
Membraq; sunt cera pallidiora noua. Ouid. lib. 1. de Ponto.

Pallentis cum pomo, nouo marmore, argento.

Concidimus macie; color est sine sanguine, qualem
In pomo refero mente fuisse tuo. Ouid. Epist. 20
Candida nec misto sublucent ora rubore;
Forma noui talis marmoris esse solet.
Argenti color est inter conuiuia talis,
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.

Pallentis cum frondibus initio hyemis, &c.

Palluit, vt seræ lectis de vite racemis

Ouid. lib. 3. de arte amandi. *Pallescunt frondes, quas noua læsit hyems.*
Quæq; suos curuant matura cydonia ramos,
Cornaq; adhuc nostris non satis apta cibis.

Pallentis cum eo, qui anguem calcauit.

——— & sic
Iuuenal. Sat. 1. lib. 1. *Palleat, vt nudis pressit qui calcibus anguem,*
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

PARERE.

Parentium inuitè victori, cum armento taurum victorem sequente.

Maphæ. in Supp. Æn. v. 13. *Sicut acerba duo quando in certamina tauri*
Concurrunt, largo miscentes sanguine pugnam,
Cuiq; suum pecus inclinat: sin cesserit vni
Palma duci, mox quæ victo pecora antè fauebant,
Nunc sese imperio subdunt victoris, & vltrò
Quanquam animum dolor altus habet, parére fatentur:
Non aliter Rutuli, licèt ingens mœror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi Ducis, inclyta malunt
Arma sequi.

Parentium timore pœnæ, cum seruis Scytharum.

——— quid Martia signa
Claud. lib. 1. in Eutrop. v. 505. *Sollicitas? non est iaculis hastiſue petendus;*
Conscia succumbent audito verbere terga.
Vt Scytha post multos rediens exercitus annos,

Cùm

Cum sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Iret, & arceret dominos tellure reuersos,
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.

Parentium nautarum nauarcho, cum ventis & imbribus Ioui parentibus.

Tiphys agit, tacitéq; sedent ad iussa ministri. Val Fla. lib. 1.
Qualiter ad summi solium Iouis omnia circùm
Prona parata Deo; ventiq;, imbrésq;, niuésq;,
Fulguraq;, & tonitrus, & adhuc in fontibus amnes.

P A R V V S.

Parui hominis vires non côntemnendæ, vt nec parua quantitas auri, &c.

Ne contemne tuas quasi paruo in corpore vires. Manil. lib. 4.
Quod valet, immensum est: sic auri pondera parui
Exsuperant pretio numerosos æris aceruos.
Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.
Paruula sic totum permisit pupula cælum.
Quoq; vident oculi, minimum est, cùm maxima cernunt.
Sic animi sedes tenui sub corde locata
Per totum angusto regnat de limite corpus.

Paruæ feminæ se ornando angustiorem facientis, cum Andromache & Pygmæa.

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum Iuuenal. Sat. 6.
Ædificat caput. Andromachen à fronte videbis:

Post minor est; aliam credas. cedo, si breue parui
Sortita est lateris spatium, breuiorq́, videtur
Virgine Pygmaea.

Paruis sæpè vis magna inest: sic vipera taurum necat, sic paruus canis aprum venatur.

Ouid. de Remed. Amor. lib. 2. *Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parua vocabit?*
Sed quæ non prosunt singula, multa iuuant.
Parua necat morsu spatiosum vipera taurum:
A cane non magno sæpe tenetur aper.

PARVO CONTENTI.

Paruo contenti, cum Telemacho.

Horat. lib. 1. Epist. ad Mæcen. Epist. 7. *Haud malè Telemachus proles patientis Vlyssei:*
Non est aptus equis Ithacæ locus, vt neque planis
Porrectus spatiis, nec multæ prodigus herbæ.
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.
Paruum parua decent. mihi iam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.

PATI.

Patientis fortia gloriæ amore, cum Aiace.

Ouid. lib. 4. de Ponto. *Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus,*
Sed minor est acri laudis amore dolor.
Talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax

Dici-

Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.

Exercitus ardua patientis, cum leone pro catulis per niues currente.

Scandit inaccessos brumali sidere montes, Claud. lib. de bello Getico, v. 323.
Nil hiemis cæliue memor. sic ille relinquens
Ieiunos antro catulos immanior exit
Hiberna sub nocte leo, tacitúsq; per altas
Incedit furialе niues. stant colla pruinis
Aspera, flauenteis adstringit stiria setas.
Nec meminit leti, nimbósue aut frigora curat,
Dum natis alimenta paret.

Patientiæ malis infractæ, cum lapide guttis cauato.

Gutta cauat lapidem; consumitur annulus vsu; Ouid. lib. 4. de Ponto.
Et teritur pressa vomer aduncus humo.
Tempus edax igitur præter nos omnia perdit,
Cessat duritie mors quoque victa mea.

Patientis Christi cum agno.

At dominus patiens, cùm præsidis ante tribunal Sedull.
Staret, vt ad iugulum ductus mitissimus agnus.

PATRIA.

Patria quisque delectatur, vt aues syluis, leones saltu.

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos Ouid. lib. 1. de Ponto. Eleg. 4.
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.
Cum benè sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quæque redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.
Tu tamen exsilii morsus è pectore nostro
Fomentis speras cedere posse tuis.

Patriæ propter alumnum felicis, cum aliis eiusdem generis.

Stat. lib. 2. Sylu. in Lucani Genethliaco.

Felix heu nimis & beata tellus,
Quæ pronos Hyperionis meatus
Summis Oceani vides in vndis,
Stridoremq; rotæ cadentis audis,
Quæ Tritonide fertiles Athenas
Vnctis Bætica prouocas trapetis!
Lucanum potes imputare terris
Hoc plus, quàm Senecam dedisse mundo,
Aut dulcem generasse Gallionem.
Attollat refluos in astra fontes
Graio nobilior Melete Bætis.
Bætin Mantua prouocare noli.

PAVPER.

Pauperis cum Publio & Codro.

Mart. lib. 2. Epig. 57.

Hic, quem videtis gressibus vagis lentum,
Amethystinatus media qui secat septa;
Quem non lacernis Publius meus vincit,

Non

Non ipse Codrus alpha penulatorum;
Quem grex togatus sequitur, & capillatus,
Recensq́ sella, linteisq́, lorisq́,
Oppignorauit ad modo Claudii mensam
Vix octo nummis annulum, vnde cenaret.

PAX.

Pacis bellum consequutæ, cum tranquillitate post tempestatem.

Iam minæ sæui cecidere ferri; Senec. in Thyest. v. 572.
Iam silet murmur graue classicorum;
Iam tacet stridor litui strepentis:
Alta pax vrbi reuocata læta est.
Sic vbi ex alto tumuere fluctus,
Brutium Coro feriente pontum,
Scylla pulsatis resonat cauernis,
Ac mare intortum timuere nautæ,
Quod rapax haustum reuomit Charybdis.
Et ferus Cyclops metuit parentem,
Rupe feruentis residens in Ætna,
Ne superfusis violetur vndis
Ignis Ætnæis resonans caminis.
Et putat pauper sua posse mergi
Regna Laërtes Ithaca tremente.
Si suæ ventis cecidere vires,
Mitius stagno pelagus recumbit,
Alta qua nauis timuit secare
Hinc & hinc fusis spatiosa velis
Strata. ludenti patuere cymbæ.
Et vacat mersos numerare pisces,

Hic

Hic vbi ingenti modo sub procella
Cyclades pontum timuere mota.

Pax plura Reip. ornamenta confert, quàm bellum.

Iuuenal. lib. 3. Sat. 8.

Tantum igitur muros intrà toga contulit vrbi
Nominis & tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessaliæ campis Octauius abstulit vdo
Cædibus assiduis gladio.

PECCARE.

Peccantis animi, cum arcu & fidibus errantibus.

Horat. in arte Poetica.

Sunt delicta tamen, quibus ignouisse velimus.
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus, aut mens,
Poscentiq́ grauem persæpe remittit acutum.
Nec semper feriet, quodcunque minabitur arcus.

PECVNIA.

Pecunia noua antiquæ præfertur, vt noua templa antiquis.

Ouid. lib. 1. Fast.

Tu tamen auspicium si sit stipis vtile quaris,
Curáq́ iuuent nostras æra vetusta manus.
Æra dabant olim: melius nunc omen in auro est,
Victaq́ concessit prisca moneta noua.
Nos quoque templa iuuant; quamuis antiqua probemus

Aurea: maiestas conuenit ipsa Deo.
Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis:
Mos tamen est æquè dignus vterque coli.

PERICVLVM.

Periculo se obiicientis, cum leæna.

——— inq; omnia tela
Versus, & ad cædem iuxta, mortemq; paratus. Stat.lib. 10.The. v.406.
Vt lea, quam sæuo fœtam pressere cubili
Venantes Numidæ, natos erecta superstat
Mente sub incerta, toruum ac miserabile frendens.
Illa quidem turbare globos, & frangere morsu
Tela queat: sed prolis amor crudelia vincit
Pectora, & in media catulos circumspicit ira.

Periculo se obiicientis, cum fera telis se obiiciente.

Paulus vt aduersam videt increbescere pugnam, Silius lib. 10.
Ceu fera, quæ telis circùm cingentibus, vltrò
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem;
In medios fert arma globos, seseq; periclis
Ingerit, atque omni letum molitur ab ense.

Ex periculis laudem quærentis, cum Hercule.

Herculis ritu, modo dictus, ô plebs, Horat. lib. 3. Carm.
Morte venalem petiisse laurum,
Cæsar Ode 14.

Cæsar Hispana repetit penates
Victor ab ora.

PERIRE.

Antiquorum verborum pereuntium, cum syluæ foliis.

Horat. in arte Poetica. *Vt sylua foliis pronos mutantur in annos,*
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas.

PERLVCIDVS.

Perlucidi fluuii, cum alio simili.

Auson. Eidyl.10 v. 487. *Cùm vada lene meant, liquidarum & lapsus aquarum*
Prodit cærulea dispersas luce figuras:
Quòd sulcata leui crispatur arena meatu,
Inclinata tremunt viridi quòd gramina fundo.
Vtq́ sub ingenuis agitatæ fontibus herbæ
Vibrantes patiuntur aquas; lucetq́, latetq́
Calculus, & viridem distinguit glarea muscum
Tota: Caledoniis talis pictura Britannis,
Cùm virides algas, & rubra corallia nudat
Æstus, & albentes concharum germina baccas,
Deliciasq́ hominum locupletes, quæq́ sub vndis
Assimilant nostros imitata monilia cultus:
Haud aliter placidæ subter vada læta Mosellæ
Detegit admistos non concolor herba lapillos.

PER-

PERPETVO.

Amoris perpetuò permanentis, cum aliis rebus paulatim deficientibus.

Miles depositis annosus secubat armis: Propert. lib. 2.
Grandæuiq; negant ducere aratra boues:
Putris & in vacua requiescit nauis arena:
Et vetus in templo bellica parma vacat:
At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Siue ego Tithonus, siue ego Nestor ero.

PERSPICAX.

Perspicacis cum Lynceo.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus, Horat. lib. 1.
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. Epist. ad Mæcen.

PESTIS & PESTILENS.

Pestis cum alia.

Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe Manil. lib. 1.
Corripit exustis letalis flamma medullis,
Tabentesq; rapit populos, totasq; per vrbes
Publica succensis peraguntur fata sepulcris.
Qualis Erichthonios pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labens cùm fata ruebant,
Nec locus artis erat medicæ, nec fata valebant.

Pestilentis aëris cum Neside.

Traxit iners cælum fluida contagia pestis Lucan. lib. 6.

Obscu-

Obscuram in nubem. tali spiramine Nesis
Emittit Stygium nebulosis aëra saxis.
Antraq; letiferi rabiem Typhonis anhelant.

PHIALA.

Phialæ affabrè factæ, cum electro, ebore, &c.

Mart. lib. 8. Epig. 41.

Quis labor in Phiala? docti Myos, ánne Myronis?
Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua?
Liuescit nulla caligine fusca, nec odit
Exploratores nubila massa focos.
Vera minùs flauo radiant electra metallo,
Et nimiùm felix pustula vincit ebur.
Materiæ non cedit opus: sic alligat orbem,
Plurima cùm tota lampade luna nitet.
Stat caper Aeolio Thebani vellere Phryxi
Cultus; ab hoc mallet vecta fuisse soror.
Hunc neq; Cyniphius tonsor violauerit, & tu
Ipse tua pasci vite Lyæe velis.
Terga premit pecoris geminis amor aureus alis:
Palladius tenero Lotos ab ore sonat.
Sic Methymnæo gauisus Arione Delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.
Imbuat egregium digno mihi nectare munus
Non grege de domini, sed tua Ceste manus.
Ceste, decus mensæ, misce Setina; videtur
Ipse puer nobis, ipse sitire caper.

Phialæ

Phialæ tenerrimæ & leuissimæ, cum aliis rebus leuissimis.

De prætoricia folium mihi, Paule, corona Mart. lib 8. Epig. 53.
Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.
Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum,
Pallida quam rubri diluit vnda croci.
An magis astuti derasa est vngue ministri
Bractea, de fulcro quod reor esse tuo?
Illa potest culicem longè sentire volantem,
Et minimi penna papilionis agi.
Exigua volitat suspensa vapore lucernæ,
Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo Iani cariota Calendis,
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo:
Plena magis nimio lilia sole cadunt.
Nec vaga tam tenui discursat aranea tela;
Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.
Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ:
Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior intortos seruat vesica capillos,
Et mutat Latias spuma Batava comas.
Hac cute Ledæo vestitur pullus in ouo:
Talia lunata splenia fronte sedent.

PHOCA.

Phocæ cum Pistrice.

Cærulea taurus colla sublimis gerens Senec. in Hipp. v. 1036.
Erexit altam fronte viridanti iubam;

Stant hispidæ aures; cornibus varius color,
Et quem feri dominator habuisset gregis,
Et quem sub undis natus; hinc flammas vomit,
Oculi hinc relucent; cærula insignis nota,
Opima ceruix arduos tollit toros;
Naréſq; hiulcis haustibus patulæ fremunt;
Musco tenaci pectus, ac palear viret;
Longum rubenti spargitur fuco latus.
Tum ponè tergus vltima in monstrum coit
Facies, & ingens bellua immensam trahit
Squamosâ partem. talis extremo mari
Pistrix citatas sorbet aut reddit rates.

PICTVRA.

Picturæ cum re ipsa.

Horat. lib. 2. Serm.

Vel cùm Pausiaca torpes insane tabella,
Quì peccas minùs, atque ego, cùm Fului, Rutubæq;,
Aut Placideiani contento poplite miror
Prœlia rubrica picta, aut carbone, velut si
Reuera pugnent, feriant, vitentq; mouentes
Arma viri?

PINGVIS.

Pinguium turdorum, cum aliis eiusdem generis.

Auson. Epist. 25

Qualis Picena populator turdus oliuæ
Clunes opimat cereas;
Vel qui lucentes rapuit de vitibus vuas,
Pendetq; nexus retibus,

Quæ

Quæ vespertinis fluitant nebulosa sub horis,
Vel manè tenta roscido:
Tales hibernis ad te de sepibus ipsos
Capi volentes misimus
Bis denos.

PLACARE.

Placantis iratos, cum Neptuno sedante tempestatem.

His dictis fractus furor, & rabida arma quierunt. Silius
Vt cùm turbatis placidum caput extulit vndis lib. 7.
Neptunus, totumq; videt, totoq; videtur
Regnator ponto; saui fera murmura venti
Demittunt, nullasq; mouent in frontibus alas,
Dum sensim infusa tranquilla per æquora pace
Languentes tacito lucent in littore fluctus.

Placatæ cum mari.

Ac veluti magnos cùm ponunt æquora motus, Propert.
Eurus in aduersos desinit ire Notos: lib. 3.
Littore sic tacito sonitus rarescit arena:
Sic cadit inflexo lapsa puella genu.

Placati cum ventis flare prohibitis.

——— vix ille pepercit,
Erubuitq; preces, animusq; relanguit atrox, Claud.
Quamuis indocilis flecti: ceu turbine rauco, lib. 1.
Cùm grauis armatur Boreas, glacieq; niuali de Rapt.
Hispidus, & Getica concretus grandine pennas v. 68.

Flare cupit, pelagus, sylvas, campósq. sonoro
Flamine rapturus, si fortè aduersus ahenos
Aeolus obiecit postes; vanescit inanis
Impetus, & fracta redeunt in claustra procellæ.

Placatorum ab ira, cum vento languescente.

Stat lib. *Tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem*
I Theb. *Iam faciles: ventis vt decertata residunt*
v.478. *Aequora, laxatisq. diu tamen aura superstes*
Immoritur velis. passi subiere penates.

Recenter placati, cum tempestate recèns sedata.

Stat.lib. *Ipse etiam indignans vidit pater altus, & ira*
7. v. 84. *Iam lenior tardo flectebat pondere vultum.*
Vt si quando ruit, debellatasq. reliquit
Eurus aquas, pax ipsa tumet, pontumq. iacentem
Exanimis iam voluit hiems. nondum arma carinis
Omnia, nec toto respirant pectore nautæ.

Placatorum hostibus prostratis, cum leone deuicto hoste iram remittente.

——— *quales vbi tela, virosq.*
Stat.lib. *Pectoris impulsu rapidi strauere leones:*
7.v.529. *Protinus ira minor, gaudentq. in corpore capto*
Securam differre famem. sic flexa Pelasgûm
Corda labant, ferriq. auidus mansueuerat ardor.

Placati hoste superato cum leone.

Accipit ille preces, indignaturq́ moueri. Stat.lib.
Vt leo, Massyli cùm lux stetit obuia ferri, 8.Theb.
Tunc iras, tunc arma citat: si decidat hostis,
Ire super satis est, vitamq́ relinquere victo.

PLACIDVS.

Placidi Cæsaris, cum eodem regna conferente.

At quàm non tetricus, quàm nulla nubilus ira, Mart.
Quam placido nostras legerat ore preces! lib. 6.
Talis supplicibus tribuit diademata Dacis, Epigr. 8.
Et Capitolinas itq́ reditq́ vias.

PLAGIARIVS.

Plagiarii cum cornicula furtiuis plumis induta.

Quid mihi Celsus agit? monitus, multumq́ monendus, Horat. lib. 1.
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet Epist.ad
Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo: Iulium Florum.
Ne, si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

PLANITIES.

Planitiei in circo cum valle.

Calphur. Ecl. 7. *Qualiter hæc patulum contendit vallis in orbem,*
Et sinuata latus resupinis vndique syluis
Inter continuos curuatur concaua montes:
Sic tibi planitiem curuæ sinus ambit arenæ,
Et geminis medium se molibus alligat ouum.

PLAVSVS.

Plausus frequentissimi cum grandine & imbribus.

Stat. lib. 6. Theb. v. 421. *Nulla manus requies, densisq; insibilat aër*
Verberibus: gelida non crebrior exsilit Arcto
Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.

PLVVIA.

Pluuiæ magnæ, cum ea, quæ Æneæ & Didoni venantibus superuenit.

Stat lib. 3. Sylu. 1. v. 73. *Delituit cælum, & subitis lux candida cessit*
Nubibus, & tenuis grauiore Fauonius Austro
Immaduit: qualem Libyæ Saturnia nimbum
Attulit, Iliaco dum diues Elisa marito
Donatur, testesq; vlulant per deuia Nymphæ.

Pluuiæ cadentis, cum fulmine.

Lucret. lib. 6. *Præterea persæpe niger quoque per mare nimbus,*
Vt picis è cælo demissum fulmen, in vndas

Sic

Sic cadit, & fertur tenebris procul, & trahit atram
Fulminibus grauidam tempestatem.

POESIS, POEMA, POETA, POETRIA.

Poëseos ignaros carmina scribere non debere, vt nec imperitus nauta nauem regere.

Nauem agere ignarus nauis timet. abrotanum agro Horat. Epist. lib. 2. ad Augustum.
Non audet, nisi qui didicit, dare. quod medicorum est,
Promittunt medici; tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti doctiq́ poëmata passim.

Poëseos cum pictura.

Vt pictura Poësis erit: quæ, si propius stes, Horat. in arte Poëtica.
Te capiet magis, & quædam, si longius abstes.
Hæc amat obscurum; volet hæc sub luce videri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel; hæc decies repetita placebit.

Poëtici studii, cum historia.

Vester porrò labor fœcundior historiarum, Iuuenal. Sat. 7. lib. 3.
Scriptores, petit hic plus temporis, atq; olei plus.
Nullo quippe modo millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro. &c.
vide plura in eadem Satyra.

Poëmatis ingrati, cum vnguentis superfluis & musica dissona.

Horat. in Arte.

Vt gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum vnguentum, & Sardo cum melle papauer
Offendunt; poterat duci quia cena sine istis:
Sic animis natum, inuentúmq; poëma iuuandis
Si paulùm a summo discessit, vergit ad imum.

Poëmatis noui, cum rosa.

Mart. lib. 10. Epig. 77.

Vt rosa delectat, metitur quæ pollice primo:
Sic noua, nec mento sordida charta iuuat.

Poëmatis aliquem exprimentis, cum statuis.

Horat. lib. 2. Epist. 1.

Nec magis expressi vultus per ahenea signa,
Quam per vatis opus mores, animiq; virorum
Clarorum apparent.

Poëmatis non conuenientis, cum Chimæra depicta.

Horat. in Arte.

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas,
Vndiq; collatis membris; vt turpiter atrum
Desinat in piscem, mulier formosa supernè:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones isti tabulæ fore librum
Persimilem: cuius velut ægri somnia, vana

Fin-

Fingentur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ.

Poëtæ maiora viribus non audendum: vt nec hirundo cycno conferre se possit.

Quòd si tam validæ mihi robur mentis inesset, Lucan. in Panegyrico.
Et solidus primos impleret spiritus annos,
Auderem voces per carmina nostra referre
Piso tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix,
Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.
Sed nec olorinos audet Pandionis ales
Parua referre sonos, nec si velit improba, possit.
Sic & Aëdonia superantur voce cicadæ,
Stridula cum rapido faciunt conuitia soli.

Poëtæ viles homines contemnentis, cum leone parua animalia despiciente.

Versus, & breue, viuidumq́; carmen Mart. lib. 12. Epig. 62.
In te ne faciam times, Ligurra,
Et dignus cupis hoc metu videri:
Sed frustra metuis, cupisq́; frustra.
In tauros Libyci ruunt leones,
Non sunt papilionibus molesti.

Poëtæ cum Apolline & Orpheo.

——— *simul incipit ipse,*
Tum verò in numerum, Faunosq́; ferasq́; videres Virg. Ecl. 6. v. 27.
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

Nec tantùm Phœbo gaudet Parnassia rupes,
Nec tantùm Rhodope miratur & Ismarus Orphea.

Poëtæ cum Sibylla.

Stat. lib. 5. Sylu. 3. v.172. *Quid mirum, si te patriâ petiere relictâ,*
Quos Lucanus ager, rigidi quos iugera Dauni,
Quos Veneri plorata domus, neglectaq; tellus
Alcidæ, vel quos è vertice Surrentino
Mittit Tyrrheni speculatrix virgo profundi? &c.
Sic ad Auernales scopulos, & opaca Sibyllæ
Antra rogaturæ remeabant vndique gentes.
Illa minas Diuûm, Parcarumq; acta canebat,
Quamuis decepto vates non irrita Phœbo,
Mox & Romuleam stirpem, proceresq; futuros
Instruis, inq; patrum vestigia ducere perstas.

Poëtæ facundi cum amne.

Horat. lib. 4. Ode 2. *Monte decurrens velut amnis, imbres*
Quem super notas aluere ripas,
Feruet, immensusq; ruit profundo
Pindarus ore.

Poëtæ præclari, cum aliis præclaris.

——— *quòd si tibi, Dia Mosella,*
Auson. Eidyl. 10 *Smyrna suum vatem; vel Mantua clara dedisset,*
Cederet Iliacis Simois memoratus in oris,
Nec præferre suos auderet Tybris honores.

Poëtæ

Poëtæ eximii, cum Mercurio, Amphione, Orpheo.

Iam Methymnæi vatis manus, & chelys vna Stat. lib. 2 Sylu. in Surrentio Pollii.
Thebais, & Getici cedat tibi gloria plectri.
Et tu saxa moues, & te nemora alta sequuntur.

Poëtæ præclari, cum Ennio, Lucretio, Val. Flacc. Ouidio.

Hæc primo iuuenis canes sub æuo Stat lib. 5 Sylu. in Lucani Genethliaco.
Ante annos culicis Maroniani.
Cedet Musa rudis ferocis Enni,
Et docti furor arduus Lucreti,
Et qui per freta duxit Argonautas,
Et qui corpora prima transfigurat.

Poëtæ facilis, cum Cassio.

——— aç si quis pedibus quid claudere senis Horat. lib. 1. Serm.
Hoc tantùm contentus amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cenatus: Etrusci
Quale fuit Cassi rapido feruentius amni
Ingenium.

Poëtæ facilis & carpentis mores, cum Iurisperito.

Quis populi sermo est? quis enim? nisi carmina molli Pers. Sat. 1.
Nunc demum numero fluere, vt per læue seueros
Effundat iunctura vngues. scit tendere versus,

Non

Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno.

Poëtæ mordacis, cum scabioso, fanatico, &c.

Horat. de Arte. *At mala quem scabies, aut morbus regius vrget,*
Aut fanaticus error, & iracunda Diana:
Vesanum tetigisse timent, fugiuntq́ue Poëtam,
Qui sapiunt.

Poëtæ Satyrici, cum Iuuenale & Turno.

Rutil. Claud. lib. 1. Itinerar. *Huius vulnificis Satyra ludente Camœnis*
Nec Turnus potior, nec Iuuenalis erit.
Instituit veterem censoria lima pudorem,
Dumq́ue malos carpit, præcipit esse bonos.

Poëtæ pugnantis, cum Orpheo pugnante.

Silius lib. 12. *Is prima in pugna: vates vt Thracius olim,*
Infestam bello quateret cùm Cyzicus Argon,
Spicula deposito Rhodopeia pectine torsit,
Spectandum sese non parua strage virorum
Fecerat, & dextræ gliscebat cædibus ardor.

Poëtæ præstantis, cum aliis in aliis artibus præstantibus.

Ouid. lib. 2. Amor. *Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,*
Aeacides dextra, pectore Nestor erat:
Me vatem celebrate viri, mihi dicite laudes:
Cantetur toto nomen in orbe meum.

Poëtæ nomen quærentis alienis versibus, cum Aegle & Lycori.

Nostris versibus esse te Poëtam Mart. lib. 1. Epig. 61.
Fidentine putas, cupisq́ credi.
Sic dentata sibi videtur Aegle
Emptis ossibus, Indicoq́ cornu.
Sic quæ nigrior est cadente moro,
Cerussata sibi placet Lycoris.

Poëtriæ facetæ & castæ, cum Egeria, Sappho, & aliis.

Cuius carmina qui bene æstimarit, Mart. lib. 10. Epig 35.
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Egeriæ iocos fuisse
Vdo crediderim Numæ sub antro:
Hac condiscipula, vel hac magistra
Esses doctior, & pudica Sappho.
Sed tecum pariter, simulq́ visam
Durus Sulpitiam Phaon amaret.
Frustra; namque ea nec Tonantis vxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi viueret Caleno.

Poëtriæ cum Musis & Corinna.

Et quantùm Aeolio cùm tentat carmina plectro, Propert. lib. 2.
Par Aganippææ ludere docta lyræ,
Et sua cùm antiquæ committit scripta Corinnæ,
Carminaq́ Erinnes non putat æqua suis.

Poë-

Poëtriæ Lyricæ cum Alcæo.

Ouid. Epist. 20. *At mihi Pegasides blandissima carmina dictant;*
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus consors patriæq́, lyræq́
Laudis habet, quamuis grandius ille sonet.

POENA.

Pœnarum Tyranno inflictarum, cum pœnis Tantali, Sisyphi, &c.

Senec. in Octauia v. 617. *Vltrix Erinnys impio dignum parat*
Letum Tyranno: verbera, & turpem fugam,
Pœnasq́, queis & Tantali vincat sitim,
Dirum laborem Sisyphi, Titij alitem;
Ixionisq́ membra rapientem rotam.

POENITERE.

Pœnitentium cum Mænadibus occisi Penthei scelus detestantibus.

——— sensuq́ reducto
Claud. lib. 2. in Eutrop. v. 518. *Paulatim proprii mirantur monstra furoris,*
Auertuntq́ oculos. proiectis fascibus horret
Lictor, & infames labuntur sponte secures.
Quales Aonio Thebas de monte reuersæ
Mænades, infectis Pentheo sanguine thyrsis,
Cum patuit venatus atrox, matriq́ rotatum
Conspexere caput, gressus caligine figunt,
Et rabiem desisse dolent.

Pœni-

Pœnitentis facti, cum nauarcho tempestate vexato.

—— vario sic turbidus æstu
Angitur, ac sese culpat super omnia, qui non Stat.lib. 3.Theb. v. 18.
Orantem in mediis legatum cœtibus ense
Perculerit, fœdasq; palam satiauerit iras.
Iam pudet incepti, iam pœnitet. ac velut ille
Fluctibus Ioniis Calabræ datus arbiter alno,
Nec rudis vndarum, portus sed linquere amicos
Purior Olenii frustra gradus impulit astri;
Cùm fragor hiberni subitus Iouis, omnia mundi
Claustra tonant, multusq; polos inclinat Orion:
Ipse quidem mallet terras, pugnatq; reuerti;
Fert ingens à puppe Notus. tunc arte relicta
Ingemit, & cæcas sequitur iam nescius vndas.
Talis Agenoreus ductor, cœloq; morantem
Luciferum, & seros mærentibus increpat ortus.

POMVM.

Pomorum odoratorum, cum pomis Phæacum.

Virro sibi, & reliquis Virronibus illa iubebit Iuuenal. lib. 1. Satyr. v. 935.
Poma dari, quorum solo pascaris odore:
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat,
Credere quæ possis surrepta sororibus Afris.

POMPA.

Pompa vtentis Æneæ in inceſſu, cum pompa Apollinis Delon euntis.

Virg. lib. 4. Æn. v. 143.

Qualis vbi hibernam Lyciam Xanthiq́ꝫ fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,
Inſtauratq́ꝫ choros, miſtiq́ꝫ altaria circùm
Cretesq́ꝫ, Dryopesq́ꝫ fremunt, pictiq́ꝫ Agathyrſi;
Ipſe iugis Cynthi graditur, molliq́ꝫ fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro;
Tela ſonant humeris: haud illo ſegnior ibat
Æneas: tantum egregio decus enitet ore.

Pompam exercentis Principis, cum pompa ſacri Memphitici.

Claud. de 4. Conſ. Honor. v. 565.

Nunc quoque quos habitus, quantæ miracula pompæ
Vidimus, Auſonio cùm iam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito conſpectior ires,
Atque inter niueas altè veherere cohortes,
Obnixisq́ꝫ ſimul pubes electa lacertis
Sidereum geſtaret onus! ſic numina Memphis
In vulgus præferre ſolet. penetralibus exit
Effigies; breuis illa quidem, ſed plurimus infrà
Liniger impoſita ſuſpirans veſte Sacerdos
Teſtatur ſudore Deum.

PORTVM INTRARE.

Portum intrantium, cum cycnis in terram volantibus.

Adſpice bis ſenos lætantes agmine cycnos,

Æthe-

Ætheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto Virg.
Turbabat cælo, nunc terras ordine longo lib. 1.
Aut capere, aut captas iam despectare videntur. Æn. v.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis, 401.
Et cœtu cinxere polum, cantusq́; dedere:
Haud aliter puppesq́; tuæ, pubesq́; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

PRÆCEPS & PRÆCIPITARE.

Præcipitantis se in aquam cum Glauco.

Vidi egomet quosdam leti sub fine trementes Auson.
Collegisse animas, mox in sublime citatos Eidyl. 10
Cernua subiectum præceps dare corpora in amnem, v. 695.
Desperatarum potientes rursus aquarum.
Quos impos damni puer inconsultus ab alto
Impetit, & stolido captat prensare natatu.
Sic & Anthedonius Bœotia per freta Glaucus
Gramina gustatu postquam exitialia Circes
Expertus carptas moribundis piscibus herbas
Sumpsit, Carpathium subiit nouus accola pontum.

Præcipiti via incedentium, cum equo effreni, & naui rectore destituta.

At si quos nimium fallax, illexq́; malorum Iuuenc.
Planities suasit, deformi lubrica lapsu lib. 1.
Arripit hos, pronosq́; trahit: velut impetus amnis,
Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis,
Aut rectoris egens ventosa per æquora puppis.

PRÆCEPTA & PRÆCEPTOR.

Præceptorum vtilium, cum iis, quæ dedit Scipio & Lælius.

Auson. Epist. 10
Nos documenta magis felicia : qualia magnus
Scipio, longæuiq; dedit sapientia Læli.

Præceptorum doctorum, cum præceptis Pythagoræ, Socratis, & Platonis.

Horat. lib. 2. Serm.
——— non est mihi tempus auenti
Ponere signa nouis præceptis: qualia vincunt
Pythagoran, Anytiq; reum, doctumq; Platona.

Præcepta & dicta elegantiora ex docti cuiuspiam libris excerpentis, cum apibus.

Lucret. lib. 3.
Tu pater es rerum inuentor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuisq; ex inclyte chartis,
Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vita.

Præceptoris eximii, cum Nestore, Chirone, & Phænice.

Stat. lib. 5. Sylu. v. 631.
——— tu laudis origo.
Non tibi certasset iuuenilia fingere corda
Nestor, & indomiti Phœnix moderator alumni,
Quiq; tubas acres lituósq; audire volentem
Aeaciden alio frangebat carmine Chiron.

PRÆDA & PRÆDO.

Latronum prædam quærentium, cum Cyclopibus excubantibus ad captandam prædam.

Quales Ætnæis rapidi Cyclopes in antris Val. Fla. lib. 4.
Nocte sub hiberna seruant freta, sicubi sæuis
Aduectet ratis acta Notis tibi pabula dira,
Et miseras, Polypheme, dapes: sic vndique in omnes
Prospiciunt cursántque vias, qui corpora regi
Capta trahant.

Prædæ inhiantis, cum canibus venaticis.

Plagis tenetur clusa dispositis fera. Senec. in Thyest. v. 490.
Et ipsum, & vna generis inuisi indolem
Iunctam parenti cerno. iam tuto in loco
Versantur odia; venit in nostras manus
Tandem Thyestes; venit, & totus quidem.
Vix tempero animo, vix dolor frenos capit.
Sic, cùm feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur Vmber, ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
Rostro pererrat: præda cùm propior fuit,
Ceruice tota pugnat, & gestu vocat
Dominum morantem, séque retinenti eripit.

Prædonis marini, cum venatore.

Noluit Illyricæ custos Octauius vndæ
Confestim tentare ratem, celeréisque carinas

Lucan. lib. 4. v. 433. *Continuit, cursu crescat dum præda secundo,*
Et temere ingressos repetendum inuitat ad æquor
Pace maris. sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat odoratæ metuentes aëra pennæ:
Aut, dum dispositis attollat retia varis
Venator, tenet ora leuis clamosa Molossi;
Spartanos Cretasq́; ligat, nec creditur vlli
Silua cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & præda nescit latrare reperta,
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.

PRÆSAGIRE.

Præsagientis bellum, cum nauclero tempestatem prospiciente.

Silius lib. 1. v. 681. *Prouidus hæc, ritu vatis, fundebat ab alto*
Pectore præmeditans Fabius surgentia bella.
Vt sæpe è celsa grandæuus puppe magister
Prospiciens signis venturum in carbasa Corum,
Summo iam dudum substringit lintea malo.

Præsagientium mali aliquid, cum nauta tempestatem præuidente.

——— *certè non augure falso*
Claud. lib. 2. in Eutrop. v. 2. *Prodigii patuere minæ, frustraq́; peracto*
Vulnere, monstriferi præsagia discitis anni.
Cautior antè tamen violentum nauita Corum
Prospicit, & tumidæ subducit vela procellæ.

PRÆSENTIA.

Præsentia amici licèt imbellis metum leuat, vt præsentia auis pullos securiores facit.

Roges, tuum labore quid iuuem meo Horat. lib. Epodon, Ode 1.
Imbellis, ac firmus parum,
Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior absentes habet:
Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet
Magis relictis: non, vt adsit, auxili
Latura plus præsentibus.

PRÆSTRINGERE OCVLOS.

Præstringentis sibi oculos splendore pecuniæ, cum Democrito Abderite, qui splendore clypei sibi oculos præstringebat.

Democritus Abderites Physicus Philosophus clypeum Laberius Rector.
Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt posset splendore æreo: ita radiis
Solis aciem effodit luminis, malis bene
Esse ne videret ciuibus. sic ego
Fulgentis splendore pecuniæ volo
Eludificare exitum ætatis meæ,
Ne in re bona videam esse nequam filium.

PRECES.

Preces coniugis audiendas esse, vt Tydeus coniugis precibus acquieuit, &c.

Ouid. Epist. 3. *Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris:*
Coniugis Oenides versus in arma prece est.
Res audita mihi, nota est tibi: fratribus orba
Deuouit nati spemq́; caputq́; parens.
Bello erat ille ferox, positis secessit ab armis,
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola virum flexit coniux felicior illa:
At mea pro nullo pondere verba cadunt.

PRINCEPS.

Principem decet clementia, ad exemplum Iouis.

Ouid. lib. 2. Trist. v. 33. *Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat*
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc vbi detonuit, strepituq; exterruit orbem,
Purum discussis aëra reddit aquis.
Iure igitur genitórq; Deûm rectórq; vocatur:
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Tu quoque cum patriæ Rector dicare Paterq;,
Vtere more Dei nomen habentis idem.

PRINCIPIVM.

Principii alicuius operis, cum institutione puerili.

Manil. lib. 1. *Vt cùm perceptis steterit fiducia membris,*
Sic totum corpus facili ratione notetur,
Et bene de summa veniet post singula carmen.

Vt rudibus pueris monstratur littera primùm
Per faciem, nomenq; suum: tum ponitur vsus,
Tum coniecta suis formatur syllaba nodis.
Hinc verbis structura venit per membra legendi:
Tum rerum vires, atque artis traditur vsus,
Perq; pedes proprios nascentia carmina surgunt,
Singulaq; in summa prodest didicisse: priora
Quæ nisi constiterint propriis fundata elementis,
Versis, quæ properè dederint præcepta magistri,
Effluat in vanum rerum præposterus ordo:
Sic mihi per totum volitanti carmine mundum,
Erutaq; obstrusa penitus caligine fata
Pieridum numeris etiam modulata canenti,
Quæq; Deus regnat, reuocanti numen ab arce
Per partes ducenda fides, & singula rerum
Sunt gradibus tradenda suis, vt cùm omnia certa
Notitia steterint, proprios reuocentur ad vsus.

Principii cum ædificatione vrbium.

Ac veluti nudis cùm surgunt mœnibus vrbes, Manil. lib. 1.
Conditor & vacuos muris circumdare colles
Destinat antè, manu quàm tentet scindere fossas:
Vertit opus, ruit ecce nemus, saltusq; vetusti
Procumbunt, solemq; nouum, nota sidera cernunt;
Pellitur omne loco volucrum genus, atque ferarum,
Antiquasq; domos, & nota cubilia linquunt.
Ast illi silicem in muris, & marmora templis
Rimantur; ferriq; rigor per tempora nota
Quæritur; huc artes, huc omnis conuenit vsus.
Tum demum consurgit opus, tum cuncta supersunt,

Ne medios rumpat cursus praepostera cura:
Sic mihi tentanti tantae succedere moli
Materies primùm, rerum ratione remota,
Tradenda est, ratio sit ne pòst irrita, néue
Argumenta nouis stupeant nascentia rebus.

PRIVATA VITA.

Priuata vita publicæ præstat, vt demissæ antennæ latis velis, &c.

Ouid. lib. 3. Trist. Eleg. 4. *Viue tibi, quantúmq; potes praelustria vita:*
Saeuum praelustri fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosit potiùs, si quid obesse potest.
Effugit hibernas demissa antenna procellas,
Latáq; plus paruis vela timoris habent.
Adspicis, vt summa cortex leuis innatat vnda,
Cum graue nexa simul retia mergat onus.

PROCERES.

Procerum cum astris.

Coripp. lib. 2. *Ipse inter primos vultu praeclarus honoro,*
Fratris in obsequium gaudens, Marcellus abibat,
Dispositórq; nouus sacrae Baduarius aulae,
Successor soceri, factus mox cura palatî est.
His aetas dispar, sed par votum, atq; voluntas:
Ambo patricii, dilecti principis ambo
Fulgebant geminis similes radiantibus astris,
Astris, quae caelum flamma meliore perornant,

Sola-

Solaq́, prolato possunt cum Sole videri,
Stellarum fugiente globo, quando omnia pallent
Sidera, & afflatas ortum iubar aspicit herbas,
Atque operit nouus astra dies.

PRODERE.

Prodentis aliquem, cum canibus prædam prodentibus.

Insidias retegunt, & in ipsa cubilia fraudum
Ducunt: ceu tenera venantem nare Molossi
Ominibus ventura notant, aut alite monstrant,
Aut monitos certa dignantur imagine somnos.

Claud. lib. 2. de laud. Stilicon. v. 214.

PROIICERE.

Proiicientis saxum, cum Pholo Centauro craterem in Lapithas proiiciente.

Saxum ingens, quod vix plena ceruice gementes
Vertere humo, murisq́, valent inferre iuuenci,
Rupibus auellit: dein toto sanguine nixus
Sustinet, immanem quærens librare ruinam:
Qualis in aduersos Lapithas exegit inanem
Magnanimus cratera Pholus.

Stat. lib. 2. Theb. v. 559

Proiicientis saxum cum Polyphemo.

——— longè super æmula signa
Consedit, viridesq́, humeros, & opaca theatri
Culmina ceu latè tremefecit mole ruinæ.
Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Aetna

Stat lib. 6. Theb. v. 713.

Lucis egente manu tamen in vestigia puppis
Audita, iuxtaq; inimicum exegit Vlyssem.

PROVOCARE.

Prouocantis hostem cum Achille.

Silius lib. 7. *Ac praeuectus equo nunc dextra prouocat hostem,*
Nunc voce increpitat; missa nunc eminus hasta
Fertur ouans, pugnaeq; agitat simulacra futurae:
Vt Thetidos proles Phrygiis Volcania campis
Arma tulit, clypeo amplexus terramq;, polumq;,
Maternúmq; fretum, totúmq; in imagine mundum.

Prouocantis ad prœlium, cum apro.

Silius Lib. 1. *Tunc ductorem auido clamore in prœlia poscit.*
Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus
Cùm syluam occursu venantum perdidit, hirto
Horrescit saeuus dorso, & postrema capessit
Prœlia, candentem mandens aper ore cruorem,
Iamq; gemens geminum contra venabula torquet.

PSITTACVS.

Psittaci cum pauone, &c.

Stat. lib. 2. Sylu. v. 489. *Occidit aëriae celeberrima gloria gentis*
Psittacus; ille plagae viridis regnator Eoae,
Quem non gemmata volucris Iunonia cauda
Vinceret adspectu, gelidi non Phasidis ales;
Nec quas humenti Numidae rapuere sub Austro.

Psitta-

Psittaci cum cycno.

Psittace, dux volucrum, domini facunda voluptas; Stat. lib.
Humanæ solers imitator Psittace linguæ: 2. Sylu.
Quis tua tam subito præclusit murmura fato? &c. v. 466.
______ *cedat Phaëthontia vulgi*
Fabula, nec soli celebrent sua funera cycni.

Psittaci honorificè sepulti cum Phœnice.

______ *at non inglorius vmbris*
Mittitur; Assyrio cineres adolentur amomo, Stat ibidem, v.
Et tenues Arabum respirant germine plumæ, 498.
Sicaniisq́; crocis. senio nec fessus inerti
Scandet odoratos Phœnix felicior ignes.

PVDICA.

Pudicæ virginis cum Nausicaa.

Prisca puellares reuerentia transilit annos. Claud.
Non talem Triuia confert laudator Homerus in laude
Alcinoo genitam: quæ dum per littora vestes Serenæ,
Explicat, & famulas exercet læta choreas, v. 140.
Auratam iaculata pilam post naufraga somni
Otia progressum foliis expauit Vlyssem.

PVDICA, vide VIRGO.

PVDOR.

Pudoris virginei, cum ebore ostro tincto, & liliis commistis rosis.

Accepit vocem lacrymis Lauinia matris

Flagran-

Virg. lib. 12. Æn. v. 64. *Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem*
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.

Pudoris virginei, cum ebore ostro infecto.

Claud. lib. 1. de Rapt. v. 273. *——— niueos infecit purpura vultus,*
Per liquidas succensa genas, castiq; pudoris
Illuxere faces. non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod femina tinxerat ostro.

vide ERVBESCERE.

PVER.

Pueri generosi, cum equuleo & vitulo.

Mart. lib. 6. Epig. 38. *Iam clamor, centúmq; viri, densúmq; corona*
Vulgus, & infanti Iulia tecta placent:
Acris equi soboles magno sic puluere gaudet,
Sic vitulus molli prœlia fronte cupit.

Pueri in herba reclinati, cum Marte, Apolline, &c.

Stat. lib. 4. Theb. v. 779. *——— ah miserum vicino cespite alumnum*
(Sic Parcæ voluere) locat, ponitq; negantem
Floribus aggestis, & amico murmure dulces
Solatur lacrymas. qualis Berecyntia mater,
Dum circa paruum iubet exsultare Tonantem
Curetas trepidos, illi certantia plaudunt
Orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.

At puer in gremio vernæ telluris, & alto
Gramine nunc faciles sternit procursibus herbas,
In vultum nitens; charam modò lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterúmque renitens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris.
Miratur nemorum strepitus, aut obuia carpit,
Aut patulo trahit ore diem, nemorísque malorum
Inscius, & vitæ multùm securus inerrat.
Sic tener Odrysia Mauors niue; sic puer Ales
Vertice Manalio; talis per littora reptans
Improbus Ortygiæ latus inclinabat Apollo.

Pueri institutionem primam retinent, vt canes venatici.

——— venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus. nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer:
Quo semel est imbuta, recens seruabit odorem
Testa diu.

Horat. lib. 1. Epist. ad Loll.

PVGNA & PVGNARE.

Pugnam relinquentis præ timore, cum lupo deserente prædam.

——— circumdata Pœnûm
Agmina deturbat gladio, campúmque relaxat,
Donec Sidonius decederet æquore ductor.
Ceu stimulante fame rapuit cùm Martia[illegible] agnum
Auerso pastore lupus, fœtúmque tremen[illegible]

Sil. lib. 7.

Ore

Ore tenet presso: tum si vestigia cursu
Auditis celeret balatibus obuia pastor,
Iam sibimet metuens spirantem dentibus imis
Reiectat prædam, & vacuo fugit æger hiatu.

Pugnam securè aspicientis, cum pastore spectante campos deflagrantes.

Virg. lib. 10. v. 403. *Ac velut optatò ventis æstate coortis*
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Correptis subitò mediis extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos;
Ille sedens victor flammas despectat ouantes:
Non aliter sociûm virtus coit omnis in vnum,
Teq́; iuuat Palla.

Pugnæ instantis, cum serpente.

Silius lib. 17. *Vociferans subit, & conuertit prœlia dextra:*
Qualis in æstiferis Garamantum fœta veneno
Attollit campis feruenti pastus arena
Colla Paratonius serpens, lateq́; per auras
Vndantem torquet persundens nubila tabem.

Pugnæ æqualis, cum aristis vento agitatis.

——— *mediaq́; diu pendente per ambas*
Sil. lib. 9. *Spe gentes, paribus Mauors flagrabat in armis:*
Mitia ceu virides agitant cùm flamina culmos,
Necdum maturas impellit ventus aristas
Huc, atque huc; it summa seges, nutansq́; vicissim

Alter-

Alterno lentè motu incuruata nitescit.

Pugnæ terrestris, cum pugna nauali.

Sic vbi nauales miscet super æquora pugnas Stat lib.
Contempto Bellona mari, si fortè benigna 7.Theb.
Tempestas, sibi quisq; cauet, ensésq; recondit; v. 804.
Mors alia, & socii pacem fecere timores:
Talis erat campo belli fluitantis imago.

Ad pugnam se præparantis, cum leone.

Inde moras soluit belli, tumidumq; per amnem Lucan.
Signa tulit properè: sicut squalentibus aruis lib. I.
Æstiferæ Libyes viso leo cominus hoste
Subsedit dubius, totam dum colligit iram:
Mox vbi se sæuæ stimulauit verbere caudæ,
Erexítq; iubas, vasto & graue murmur hiatu
Infremuit: tum torta leuis si lancea Mauri
Hæreat, aut latum subeant venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.

Ad pugnam se præparantium, cum Diis.

Cura fuit lectis pharetras implere sagittis; Lucan.
Auget eques stimulos, frenorúmq; aptat habenas. lib. 7.
Si liceat Superis hominum conferre labores,
Non aliter Phlegra rapidos tollente Gigantes
Martius incaluit Siculis incudibus ensis;
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis;
Spiculaq; extenso Pæan Pythone recoxit;
Pallas Gorgoneos effudit in ægida crines;

Palle-

Pallenæa Ioui mutauit fulmina Cyclops.

Pugnæ copiam facientis, cum tempestate victo.

——— sic fatur, & arma
Lucan. lib. 7. *Permittit populis, frenosq; furentibus ira*
Laxat. & vt victus violento nauita loro
Dat regimen ventis, ignauumq; arte relicta
Puppis onus trahitur; trepido confusa tumultu
Castra fremunt, animiq; truces sua pectora pulsant
Ictibus incertis.

Pugnantis, cum fluctu maris exæstuante.

Virg. lib. 3. Georg. v. 235. *Post, vbi collectum robur, viresq; receptæ,*
Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hostem:
Fluctus vt in medio cœpit cum albescere ponto
Longiùs, ex altoq; sinum trahit; vtq; volutus
Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit, at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigrámq; altè subiectat arenam.

Pugnantium, cum fragore fulminis.

Virg. in Culice. v. 314. *Hinc erat oppositus contra Telamonius heros,*
Obiectóq; dabat clypeo certamina, & illinc
Hector erat Troiæ summum decus; acer vterque:
Fulminibus cælo veluti fragor editus alto.

Pugnantium, cum ventis.

Tum Danai gemitu, atque ereptæ virginis ira,
Vndi-

Vndique collecti inuadunt: acerrimus Aiax, Virg.
Et gemini Atridæ, Dolopumq́; exercitus omnis. lib. 2.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti Æn. v.
Confligunt, Zephyrusq́; Notusq́; & lætus Eois 413.
Eurus equis; stridunt syluæ, sæuitq́; tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.

Pugnantis, cum leone.

Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno, Virg.
Et glomerare manum: ceu sæuum turba leonem lib. 9.
Cùm telis premit infensis; ac territus ille v. 791.
Asper, acerba tuens retrò redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contrà.
Ille quidem hoc cupiens potis est per tela viròsq́;:
Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.

Pugnantium, cum tempestate & Sirio.

Concurrunt. quantúmq́; rapit violentia ponti, Silius
Et Notus, & Boreas, & inexorabilis Auster, lib. 16.
Cùm mergunt plenas tumefacta sub æquora classes:
Aut cùm letiferos accendens Sirius ignes
Torret anhelantem sæuis ardoribus orbem.

Pugnantium acriter vtrimque, cum ventis aduersis.

——— *expellere tendunt*
Nunc hi, nunc illi. certatur limine in ipso Virg.
Ausoniæ, magno discordes æthere venti lib. 10.
Prœlia ceu tollunt, animis & viribus æquis: v. 359.

Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu ; stant obnixa omnia contra:
Haud aliter Troianæ acies, aciesq́ Latinæ
Concurrunt.

Pugnantium, cum ventis.

Ennius lib. 17. *Concurrunt veluti venti, quum spiritus Austri*
Imbricitor, Aquiloq́ suo cum flamine contrà,
Inde mari magno fluctus extollere certant.

Pugnantis acriter, cum Ægeone.

Virg. lib. 10. v. 565. *Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt,*
Centenasq́ manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusq́ arsisse, Iouis cùm fulmina contrà
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses:
Sic toto Æneas defæuit in æquore victor,
Ut semel intepuit mucrò.

Pugnantium manibus nudis, cum palæstritis.

Stat. lib. 1. Theb. v. 421. *Non aliter quàm Pisæo sua lustra Tonanti*
Cùm redeunt, crudisq́ virûm sudoribus ardet
Puluis, at hinc teneros caueæ dissensus ephebos
Concitat, exclusæq́ exspectant præmia matres:
Sic alacres odio, nullaq́ cùpidine laudis
Accensi incurrunt, scrutatur & intima vultus
Vnca manus, penitusq́ oculis cedentibus instat.

Pugnan-

Pugnantium equestri certamine ludicro, cum auibus & ventis.

——dic inclyte Phœbe regentum
Nomina; dic ipsos (nec enim generosior vnquam Stat. lib. 6.v.296.
Alipedum collata acies) ceu præpete cursu
Confligant densæ volucres, aut littore in vno
Aeolus insanis statuat certamina ventis.

Pugnantium, cum ventis.

——nunc turba recedit,
Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit & aufert. Stat. lib. 8.v.421.
Vt ventis nimbisq; minax cùm soluit habenas
Iuppiter, alternoq; affligit turbine mundum,
Stat cæli diuersa acies: nunc fortior Austri,
Nunc Aquilonis hiems, donec pugnante procella,
Aut nimiis hic vicit aquis, aut ille feret.o.

Pugnantium vtrimque, cum aduersis amnibus.

——Danaos Cadmeius Æmon
Sternit, agitq; furens, sequitur Tyria agmina Tydeus. Stat. lib. 8.Theb. v.457.
Hunc Pallas præsens, illum Tyrinthius implet:
Qualiter hiberni summis duo montibus amnes
Franguntur, geminaq; cadunt in plana ruina.
Contendisse putes, vter arua arbustaq; tollat,
Altiùs aut superet pontes. ecce vna receptas
Confundit iam vallis aquas; sibi quisque superbus
Ire cupit, pontoq; negant descendere mixti.

Pugnantium, cum nubibus & ventis.

——— modò mœnia Cadmi
Stat lib. 11. v. 40. *Scandebant, sua nunc defendunt tecta Pelasgi.*
Ceu redeunt nubes, ceu circumstantibus Austris
Alternis procumbit ager: ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nunc obruit æstus arenas.

Pugnantium, cum apris.

Stat. lib. 11. v. 530. *Fulmineos veluti præceps cùm cominus egit*
Ira sues, strictisq́ erexit pectora setis;
Igne tremunt oculi, lunatáq́ dentibus vncis
Ora sonant. spectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens, canibusq́ silentia suadet:
Sic auidi incurrunt.

Pugnantium denso agmine, cum densis nubibus vento resistentibus.

Val. Fla. lib. 3. *Agglomerant latera, & densis thoracibus horrens*
Stat manus, agisono quam nec fera pectore virgo
Dispulerit, nec dextra Iouis, terrórq́, pauórq́
Martis equi: sic contextis vmbonibus vrgent.
Cæruleo veluti cùm Juppiter agmine nubem
Constituit, certant Zephyri, frustraq́ rigentem
Pulsat vtrimque Notus; pendent mortalia longo
Corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat aruis.

Pugnantium fortiter, cum venatore.

At contrà horrendùm bis terna spicula dextra
Torta

Torta volant, paribusq; ruunt conatibus hastæ. Silius lib. 10.
Haud secus, ac Libyca fœtam tellure leænam
Venator premit obsesso cùm Mantus in antro,
Inuadunt rapidi iamdudum, & inania tentant
Nondum sat firmo catuli certamina dente.

Pugnantis fortiter, cum rupe ventis & vndis exposita.

Ille, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor Virg. lib. 10. v. 693.
Obuia ventorum furiis expostaq; ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cæliq; marisq;,
Ipsa immota manens; prolem Dolichaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum Palmúmque fugacem.

Pugnantium, cum ventis.

Arduus inde labor, medióq; in corpore pugna Val. Fla. lib. 6.
Conseritur: magno veluti ceu turbine sese
Ipsius Æoliæ frangunt in littore venti,
Quem pelagi rabies, quem nubila, quémque sequatur
Illa dies: obnixa virûm sic cominus hæret
Pugna, nec arrepto velli de corpore possunt.

Pugnantis Ducis, cum Marte.

——permistus vtrisque
Hannibal agminibus passim furit, & quatit ensem. Sil. lib. 1.
Quantus Bistoniis latè Gradiuus in oris
Belligero rapitur curru, telúmq; coruscans,

Titanum quo pulsa cohors, flagrantia bella
Cornipedum afflatu domat, & stridoribus axis.

Pugnantis Ducis, cum Marte.

Silius lib. 17. *Ipse super strages ductor Rhœteius instat:*
Qualis apud gelidũ currus quatit altior Hebrum,
Et Geticas soluit feruenti sanguine Mauors
Lætus cæde, niues glaciemq́, Aquilonibus auctam
Perrumpit stridens sub pondere belliger axis.

Pugnantis, cum Mima Gigante.

Silius lib. 4. *Quantus Phlegræis telluris alumnus in aruis*
Mouit signa Mimas, & cælum exterruit armis:
Tantus semifero Chryxus sub pectore murmur
Torquet, & horrisonis vlulatibus erigit iras.

Pugnantium vario euentu, cum Borea & Euro.

Sil. lib. 4. v. 321. *Texunt alterno glomerata volumina cursu,*
Ac cædem refugam cædentes arte resoluunt.
Hac pontum vice (vbi exercet discordia ventos)
Fert Boreas, Eurusq́, refert, molemq́, profundi
Nunc huc alterno, nunc illuc flamine gestant.

Pugnantium saxis & iaculis, cum oppugnantibus vrbem.

Silius lib 9. *Nunc iaculis, & nunc saxis, nunc alite plumbo*
Eminus incessunt: vt qui castella per altos
Oppugnat munita locos, atque obsidet arces.

Pugnan-

Pugnantis iuuenis, cum vento.

Tantus ab exiguo crudeſcit ſanguine Mauors: Stat. lib. 7. v. 624.
Ventus vti primas ſtruit inter nubila vires
Lenis adhuc, frondesq́; & aperta cacumina geſtat;
Mox rapuit nemus, & montes patefecit opacos.

Pugnantium, cum tigribus & leonibus.

——— *iam morſibus vncis*
(Prô furor! vſque adeò tela exſaturauimus?) artus Stat. lib. 9. Theb. v. 14.
Dilacerant. nonne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus, aut ſæuos Libyæ contraire leones?

Pugnantis ſtrenuè, cum tigride irata ob raptos catulos.

Linquit cœpta ferox, pennasq́; addente pudore, Silius lib. 12.
Atque ira ſimul immani per proxima motu
Euolat, & minitans auida ad certamina fertur.
Haud ſecus amiſſo tigris ſi concita fœtu
Emicet, attonitæ paucis luſtratur in horis
Caucaſus, & ſaltu tranſmittitur alite Ganges,
Donec fulmineo partus veſtigia curſu
Colligit, & rabiem prenſo conſumit in hoſte.

Pugnantium ſiuè luctantium, cum tauris, apris, vrſis, &c.

Interdumq́; diu pendent per mutua fulti Stat. lib. 6 Theb. v. 859.
Brachia, nunc ſæui digitorum vincula frangunt.
Non ſic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella mouent; medio coniux ſtat candida prato
Victorem exſpectans, rumpunt obnixa furentes

Pectora; subdit amor stimulos, & vulnera sanat.
Fulminei sic dente sues, sic hispida turpes
Prœlia villosis ineunt complexibus vrsi.

PVLCHER & PVLCHRA.

Pulchri iuuenis, cum luna, noua nupta, &c.

Tibull. lib. 3. Eleg. 4.

Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro
Est visus nostra ponere sede pedem.
Non illo quidquam formosius vlla priorum
Ætas, humanum nec videt illud opus.
Intonsi crines longa ceruice fluebant;
Spirabat Tyrio myrrhea rore coma;
Candor erat, qualem præfert Latonia luna,
Et color in niueo corpore purpureus.
Vt iuueni virgo primum deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vt cùm contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla;
Namq; hæc in nitido corpore vestis erat.

Pulchri Achillis cum Apolline.

Stat lib. 1. Achil. v. 163.

Necdum prima noua lanugine vertitur ætas,
Tranquillæq; faces oculis, & plurima vultu
Mater inest: qualis Lycia venator Apollo
Cùm redit, & sæuis permutat plectra pharetris.

Pulchri iuuenis morientis, cum Lucifero nubibus obscurato.

Soluitur omne decus leto, niueósq; per artus

It Stygius color, & forma populatur honores; Silius
Ambrosiæ cecidere comæ, violatáq; ceruix lib. 12.
Marmoreum in iugulum collo labente recumbit:
Haud secus Oceano rediens Cythereius ignis,
Cùm sese Veneri iactat splendore refecto,
Si subita inuadat nubes, hebetatur, & atris
Decrescens tenebris languentia lumina condit.

Pulchri iuuenis, cum ebore & gemma.

——— puer illa gerebat
Non paruo lætus ductoris munere Cynips, Silius
Dilectus Pœno Cynips, quo gratior ore lib. 12.
Non fuit, ac multa nituit plus fronte decoris.
Quale micat, sempérq; nouum est, quod Tiburis aura
Pascit ebur; vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis rubris aduectus ab vndis.

Pulchri iuuenis & fortis, cum Phœbo, Hercule, Castore.

Quàm grata est facies torua viriliter, Senec. in
Et pondus veteris triste supercili! Hippol.
Phœbo colla licèt candida compares, v. 755.
Illum cæsaries nescia colligi
Perfundens humeros ornat & integit:
Te frons hirta decet, te breuior coma
Nulla lege iacens. tu licèt asperos
Pugnacésq; Deos viribus arceas,
Et vasti spatio vincere corporis.

Æquas Herculeos iam iuuenis toros,
Martis belligeri pectore latior.
Si dorso libeat cornipedis vehi,
Frenis Castorea mobilior manu
Spartanum poteris flectere Cyllarum.

Pulchri Roscii, cum Aurora.

Q. Catulus. *Constiteram exorientem Auroram fortè salutans,*
Cùm subitò à læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, cælestes, dicere vestra:
Mortalis visus pulchrior esse Dea.

Pulchri viri, cum Baccho, Apolline, Castore, &c.

Senec. in Medea, v. 82. *Cedent Aesonio Duci,*
Si formà velit adspici,
Proles fulminis improbi,
Aptat qui iuga tigribus;
Nec non qui tripodas mouet,
Frater virginis asperæ;
Cedet Castore cum suo
Pollux cæstibus aptior.

Pulchri pueri, cum Endymione & aliis.

Stat. lib. 3. Sylu. v. 483. *Nil ego, nil fateor, toto iam dulce sub orbe*
Aut vidi, aut genui. cedat tibi Latmius vltrò,
Sangariúsq; puer, quemq; irrita fontis imago,
Et sterilis consumpsit amor. te cærula Nais
Mallet, & apprensa traxisset fortiùs vrna.

Tu

Tu puer ante omnes, solus formosior ille,
Cui daberis.

Pulchri, cum auro argento immixto.

Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit, Virg.
Os humerósq; Deo similis. namq; ipsa decoram lib. 1.
Caesariem nato genitrix, luménq; iuuentae Æn. v.
Purpureum, & laetos oculis afflarat honores: 594.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariúsue lapis circumdatur auro.

Pulchri pueri, cum gemma & ebore.

Ipse inter medios, Veneris iustissima cura, Virg.
Dardanius caput ecce puer detectus honestum: lib. 10.
Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurũ, v. 133.
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.

Pulchri iuuenis, cum Lacedæmoniis.

——— *simplexq; horrore decoro*
Crinis, & obsessae nondum, primóq; micantes Stat. lib.
Flore genae: talem Ledaeo gurgite pubem 2. Sylu.
Educat Eurotas; teneri sic integer aeui v. 557.
Elen adit, priméq; Ioui puer approbat annos.

Pulchræ Nymphæ, cum cycnis & hedera.

Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblae, Virg. Ec-
Candidior cycnis, hedera formosior alba. loga 7.

Pul-

Pulchræ Didonis, cum Diana.

Virg. lib. 1. Æn. v. 502.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille sequutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram
Fert humero, gradiensq́ Deas supereminet omnes;
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat Dido; talem se læta ferebat
Per medios, instans operi regnisq́ futuris.

Pulchrarum mulierum, cum luna plena, & crescente, &c.

Claud. in Nuptiis Honor. v. 241.

——— nunc ora puellæ,
Nunc flauam niueo miratur vertice matrem.
Hæc noua crescenti, plena pars altera lunæ
Assurgit: ceu fortè minor sub matre virenti
Laurus & ingentes ramos, olimq́ futuras
Promittit iam parua comas: vel flore sub vno
Ceu geminæ Pæstana rosæ per iugera regnant;
Hæc larga matura die, saturataq́ vernis
Roribus indulget spatio: latet altera nodo,
Nec teneris audet foliis admittere soles.

Pulchrarum mulierum, cum Diana, & Pallade.

Claud. in laude Serenæ, v. 121.

Vtraque luminibus tumidùm micat; vtraque pulchras
Excitat ore faces: qualis Latonia virgo,

Et

Et solo Ioue nata soror, cùm fortè reuisunt
Æquorei sortem patrui, spumantia cedunt
Æquora castarum gressus venerata Dearum.
Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoën Triton; totoq; seueros
Inducit mores pelago pudor, ipsaq; Protheus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra:
Tales sceptriferi visura tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale sorores.

Pulchræ Violantillæ, cum Lauinia & Claudia.

Non talis niueos strinxit Lauinia vultus, Stat lib.
Cùm Turno spectante rubet; non Claudia talis 1 Sylu.
Respexit populos mota iam virgo carina. v. 351.

Pulchræ filiæ alicuius, cum Helena, & Luna.

Macte, quòd & proles tibi sæpius aucta virili Stat. lib.
Robore: sed iuueni latam dat virgo parenti. 4. Sylu.
Aptior his virtus; citiùs dabit illa nepotes. v. 632.
Qualis maternis Helene iam digna palæstris
Inter Amyclæos reptabat candida fratres:
Vel qualis cœli facies, vbi nocte serena
Admouere iubar mediæ duo sidera Lunæ.

Pulchritudine ceteris præstantis, cum sole, luna, &c.

Hæc cùm virgineo constitit in choro,

Senec. in Medea, v. 93.

Vnius facies praeminet omnibus.
Sic cum sole perit sideribus decor,
Et densi latitant Pleiadum greges,
Cùm Phœbe solitum lumine non suo
Orbem circuitis cornibus alligat.
Ostro sic nineus Phœniceo color
Perfusus rubuit: sic nitidum iubar
Pastor luce noua roscidus adspicit.

Pulchræ virginis, cum Atheniensibus mulieribus, &c.

Senec. in Medea, v. 75.

Vincit virgineus decor
Longè Cecropias nurus:
Et quæ Taygeti iugis
Exercent iuuenum modo,
Muris quod caret oppidum:
Et quas Aonius latex
Alphæusq́ sacer lauat.

Pulchræ virginis, cum sole occidente.

——— ipsa deiectos gerit

Senec. in Troade, v. 1137.

Vultus pudore; sed tamen fulgent genæ,
Magisq́ solito splendet extremus decor:
Vt esse Phœbi dulcius lumen solet
Iam-iam cadentis, astra cùm repetunt vices,
Premiturq́ dubius nocte vicina dies.

Pulchræ mulieris, cum Helena.

Senec. in Octauia. v. 762.

Formam Sparte iactet alumnæ
Licet, & Phrygius præmia pastor:

Vincet

Vincet vultus hæc Tyndaridos,
Quæ mouerunt horrida bella,
Phrygiæq; solo regna dedere.

Pulchræ virginis moriturę, cum lilio.

Ducitur infelix ad mœnia summa futuri Val. Fla. lib. 6. v. 491.
Nescia virgo mali, & falsæ commissa sorori.
Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipuè quîs vita breuis, totusq; parumper
Floret honor, fuscis & iam Notus imminet alis.

Pulchræ puellæ, cum variis rebus pulchris.

Puella senibus dulcior mihi cycnis; Mart. lib. 5. Epig. 38.
Agna Galesi mollior Phalantini;
Concha Lucrini delicatior stagni;
Cui nec lapillos præferas Erythreos,
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Niuesq; primas, liliumq; non tactum.
Quæ crine vincit Bætici gregis vellus,
Rheniq; nodos, auream q; nitellam.
Flagrauit ore, quod rosarium Pæsti,
Quod Atticarum prima mella cerarum,
Quod succinorum rapta de manu gleba.
Cui comparatus indecens erat pauo,
Inamabilis sciurus, & frequens phœnix.
Adhuc recenti tepet Erotion busto.
Quàm pessimorum lex auara fatorum!

Pulchritudine sorores vincentis, cum Venere & Diana.

Sed quantũ virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit,

Stat lib. 1. Achil. v. 293.

Obruit, aut humeris quantùm Diana relinquit
Naides: effulget tantum regina decori
Deidamia chori, pulchrisq; sororibus obstat.

Pulchrarum virginum, cum Pallade & Diana.

Stat. lib. 2. Theb. v. 230.

Ibant insignes vultúq; habitúq; verendo
Candida purpureum fusæ super ora ruborem,
Deiectæq; genas. tacitè subit ille supremus
Virginitatis amor, primæq; modestia culpæ
Confundit vultus; tunc ora rigantur honestis
Imbribus, & teneros lacrymæ iuuere parentes:
Non secus ac supero pariter si cardine lapsæ
Pallas, & asperior Phœbi soror, vtraq; telis,
Vtraque torua genis, flauoq; in vertice nodo;
Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho:
Tunc, si fas oculis, non vnquam longa tuendo
Expedias, cui maior honos, cui gratior, aut plus
De Ioue, mutatósq; velit transsumere cultus,
Et Pallas doceat pharetras, & Delia cristas.

Pulchræ mulieris, cum Venere.

Auson. 13. Edyl.

Fert picturatas auri sub tegmine vestes,
Ornatus Argiuæ Helenæ, qualisq; videri
Cælicolis, & quanta solet Venus aurea contra:
Talis erat species, talem se læta ferebat
Ad soceros, solióq; altè subnixa resedit.

Pulchræ mulieris, cum hyacintho.

Flere desine: non tibi

Au-

Aurunculeia periculum est,
Ne qua femina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.
Talis in vario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hyacinthinus.

Catull. in Nuptias Iuliæ & Manlii.

Pulchritudine cæteras superantis, cum Diana, & Proserpina Naiades vincentibus.

——— nitet ante alias Regina, comesq́;
Pelides. qualis Siculæ sub rupibus Ætnæ
Naiades Aetnæas inter Diana, ferox q́;
Pallas, & Elysii lucebat sponsa Tyranni.

Stat lib. 2 Achil. v. 149.

Pulchræ virginis, cum Luna.

It sacrum comitata latus pulcherrima proles,
Luce sua plenam quæ possit vincere lunam.

Coripp. lib. 2.

PVLVIS.

Puluerem excitantis, cum Aquilone.

Interea suspensa graues aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.

Horat. lib. 2. Serm.

Pugnantium, cum nubibus & ventis.

——— modò mœnia Cadmi
Stat lib. *Scandebant, sua nunc defendunt tecta Pelasgi.*
11. v. 40. *Ceu redeunt nubes, ceu circumstantibus Austris*
Alternis procumbit ager: ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nunc obruit æstus arenas.

Pugnantium, cum apris.

Stat. lib. *Fulmineos veluti præceps cùm cominus egit*
11. v. *Ira sues, strictisq; erexit pectora setis;*
530. *Igne tremunt oculi, lunataq; dentibus vncis*
Ora sonant. spectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens, canibusq; silentia suadet:
Sic auidi incurrunt.

Pugnantium denso agmine, cum densis nubibus vento resistentibus.

Val. Fla. *Agglomerant latera, & densis thoracibus horrens*
lib. 3. *Stat manus, agisono quam nec fera pectore virgo*
Dispulerit, nec dextra Iouis, terrórq;, pauórq;
Martis equi: sic contextis vmbonibus vrgent.
Cæruleo veluti cùm Iuppiter agmine nubem
Constituit, certant Zephyri, frustraq; rigentem
Pulsat vtrimque Notus; pendent mortalia longo
Corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat aruis.

Pugnantium fortiter, cum venatore.

At contrà horrendùm bis terna spicula dextra

Torm

Torta volant, paribusq; ruunt conatibus hastæ. Silius lib. 10.
Haud secus, ac Libyca fœtam tellure leænam
Venator premit obsesso cùm Maurus in antro,
Inuadunt rapidi iamdudum, & inania tentant
Nondum sat firmo catuli certamina dente.

Pugnantis fortiter, cum rupe ventis & vndis exposita.

Ille, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor Virg. lib. 10. v. 693.
Obuia ventorum furiis expostaq; ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cæliq; marísq;,
Ipsa immota manens: prolem Dolichaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum Palmúmque fugacem.

Pugnantium, cum ventis.

Arduus inde labor, medióq; in corpore pugna Val. Fla. lib. 6.
Conseritur: magno veluti ceu turbine sese
Ipsius Aeoliæ frangunt in littore venti,
Quem pelagi rabies, quem nubila, quémque sequatur
Illa dies: obnixa virûm sic cominus hæret
Pugna, nec arrepto velli de corpore possunt.

Pugnantis Ducis, cum Marte.

——permistus vtrisque
Hannibal agminibus passim furit, & quatit ensem. Sil. lib. 1.
Quantus Bistoniis latè Gradiuus in oris
Belligero rapitur curru, telúmq; coruscans,

Titanum quo pulsa cohors, flagrantia bella
Cornipedum afflatu domat, & stridoribus axis.

Pugnantis Ducis, cum Marte.

Silius lib. 17.
Ipse super strages ductor Rhœteius instat:
Qualis apud gelidũ currus quatit altior Hebrum,
Et Geticas soluit feruenti sanguine Mauors
Latus cæde, niues glaciemq́; Aquilonibus auctam
Perrumpit stridens sub pondere belliger axis.

Pugnantis, cum Mima Gigante.

Silius lib. 4.
Quantus Phlegræis telluris alumnus in aruis
Mouit signa Mimas, & cælum exterruit armis:
Tantus semifero Chryxus sub pectore murmur
Torquet, & horrisonis vlulatibus erigit iras.

Pugnantium vario euentu, cum Borea & Euro.

Sil. lib. 4. v. 321.
Texunt alterno glomerata volumina cursu,
Ac eadem refugam cedentes arte resoluunt.
Hac pontum vice (vbi exercet discordia ventos)
Fert Boreas, Eurusq́; refert, molemq́; profundi
Nunc huc alterno, nunc illuc flamine gestant.

Pugnantium saxis & iaculis, cum oppugnantibus vrbem.

Silius lib 9.
Nunc iaculis, & nunc saxis, nunc alite plumbo
Eminus incessunt: vt qui castella per altos
Oppugnat munita locos, atque obsidet arces.

Pugnan-

Pugnantis iuuenis, cum vento.

Tantus ab exiguo crudeſcit ſanguine Mauors: Stat. lib. 7. v. 624.
Ventus vti primas ſtruit inter nubila vires
Lenis adhuc, frondesq́ & aperta cacumina geſtat;
Mox rapuit nemus, & montes pateſecit opacos.

Pugnantium, cum tigribus & leonibus.

——— iam morſibus vncis
(Prô furor! vſque adeò tela exſaturauimus?) artus Stat. lib. 9. Theb. v. 14.
Dilacerant. nónne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus, aut ſæuos Libyæ contraire leones?

Pugnantis ſtrenuè, cum tigride irata ob raptos catulos.

Linquit cœpta ferox, pennasq́ addente pudore, Silius lib. 12.
Atque ira ſimul immani per proxima motu
Euolat, & minitans auida ad certamina fertur.
Haud ſecus amiſſo tigris ſi concita fœtu
Emicet, attonitæ paucis luſtratur in horis
Caucaſus, & ſaltu tranſmittitur alite Ganges,
Donec fulmineo partus veſtigia curſu
Colligit, & rabiem prenſo conſumit in hoſte.

Pugnantium ſiuè luctantium, cum tauris, apris, vrſis, &c.

Interdumq́ diu pendent per mutua fulti Stat. lib. 6. Theb. v. 859.
Brachia, nunc ſæui digitorum vincula frangunt.
Non ſic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella mouent; medio coniux ſtat candida prato
Victorem exſpectans. rumpunt obnixa furentes

Pectora; subdit amor stimulos, & vulnera sanat.
Fulminei sic dente sues, sic hispida turpes
Prœlia villosis ineunt complexibus vrsi.

PVLCHER & PVLCHRA.

Pulchri iuuenis, cum luna, noua nupta, &c.

Tibull. lib. 3. Eleg. 4.

Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro
Est visus nostra ponere sede pedem.
Non illo quidquam formosius vlla priorum
Ætas, humanum nec videt illud opus.
Intonsi crines longa ceruice fluebant;
Spirabat Tyrio myrrhea rore coma;
Candor erat, qualem præfert Latonia luna,
Et color in niueo corpore purpureus.
Vt iuueni virgo primum deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vt cum contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla;
Namq; hæc in nitido corpore vestis erat.

Pulchri Achillis cum Apolline.

Stat lib. 1. Achil. v. 163.

Necdum prima noua lanugine vertitur ætas,
Tranquilleq; faces oculis, & plurima vultu
Mater inest: qualis Lycia venator Apollo
Cum redit, & sæuis permutat plectra pharetris.

Pulchri iuuenis morientis, cum Lucifero nubibus obscurato.

Soluitur omne decus leto, niueósq; per artus

It

It Stygius color, & formæ populatur honores; Silius lib. 12.
Ambrosiæ cecidere comæ, violataq́; ceruix
Marmoreum in iugulum collo labente recumbit:
Haud secus Oceano rediens Cythereius ignis,
Cum sese Veneri iactat splendore refecto,
Si subita inuadat nubes, hebetatur, & atris
Decrescens tenebris languentia lumina condit.

Pulchri iuuenis, cum ebore & gemma.

——— puer illa gerebat
Non paruo lætus ductoris munere Cynips, Silius lib. 12.
Dilectus Pœno Cynips, quo gratior ore
Non fuit, ac multa nituit plus fronte decoris.
Quale micat, sempérq; nouum est, quod Tiburis aura
Pascit ebur; vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis rubris aduectus ab vndis.

Pulchri iuuenis & fortis, cum Phœbo, Hercule, Castore.

Quàm grata est facies torua viriliter, Senec. in Hippol. v. 755.
Et pondus veteris triste supercili!
Phœbo colla licèt candida compares,
Illum cæsaries nescia colligi
Perfundens humeros ornat & integit:
Te frons hirta decet, te breuior coma
Nulla lege iacens. tu licèt asperos
Pugnacésq; Deos viribus arceas,
Et vasti spatio vincere corporis.

Æquas Herculeos iam iuuenis toros,
Martis belligeri pectore latior.
Si dorso libeat cornipedis vehi,
Frenis Castorea mobilior manu
Spartanum poteris flectere Cyllarum.

Pulchri Roscii, cum Aurora.

Q. Catullus.
Constiteram exorientem Auroram fortè salutans,
Cùm subitò à læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, cælestes, dicere vestra:
Mortalis visus pulchrior esse Dea.

Pulchri viri, cum Baccho, Apolline, Castore, &c.

Senec. in Medea, v. 82.
Cedent Aesonio Duci,
Si formà velit adspici,
Proles fulminis improbi,
Aptat qui iuga tigribus;
Nec non qui tripodas mouet,
Frater virginis asperæ;
Cedet Castore cum suo
Pollux cæstibus aptior.

Pulchri pueri, cum Endymione & aliis.

Stat. lib. 3. Sylu. v. 483.
Nil ego, nil fateor, toto iam dulce sub orbe
Aut vidi, aut genui. cedat tibi Latmius vltrò,
Sangariúsq; puer, quemq; irrita fontis imago,
Et sterilis consumpsit amor. te cærula Nais
Mallet, & apprensa traxisset fortiùs vrna.

Tu

Tu puer ante omnes, solus formosior ille,
Cui daberis.

Pulchri, cum auro argento immixto.

Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit, Virg.
Os humerósq; Deo similis. namq; ipsa decoram lib. 1.
Caesariem nato genitrix, luménq; iuuentae Æn. v.
Purpureum, & laetos oculis afflarat honores: 594.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariúsue lapis circumdatur auro.

Pulchri pueri, cum gemma & ebore.

Ipse inter medios, Veneris iustissima cura, Virg.
Dardanius caput ecce puer detectus honestum: lib. 10.
Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurũ, v. 133.
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.

Pulchri iuuenis, cum Lacedaemoniis.

——— *simplexq; horrore decoro*
Crinis, & obsessae nondum, primóq; micantes Stat. lib.
Flore genae: talem Ledaeo gurgite pubem 2. Sylu.
Educat Eurotas; teneri sic integer aeui v. 557.
Elen adit, primósq; Ioui puer approbat annos.

Pulchrae Nymphae, cum cycnis & hedera.

Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblae, Virg. Ec-
Candidior cycnis, hedera formosior alba. loga 7.

Pul-

Pulchræ Didonis, cum Diana.

Virg. lib. 1. Æn. v. 502.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille ſequutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram
Fert humero, gradiensq́ Deas ſupereminet omnes;
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat Dido; talem ſe læta ferebat
Per medios, inſtans operi regnisq́ futuris.

Pulchrarum mulierum, cum luna plena, & creſcente, &c.

Claud. in Nuptiis Honor. v. 241.

——— *nunc ora puellæ,*
Nunc flauam niueo miratur vertice matrem.
Hæc noua creſcenti, plena pars altera lunæ
Aſſurgit: ceu forte minor ſub matre virenti
Laurus & ingentes ramos, olimq́ futuras
Promittit iam parua comas: vel flore ſub vno
Ceu geminæ Pæſtana roſæ per iugera regnant;
Hæc larga matura die, ſaturataq́ vernis
Roribus indulget ſpatio: latet altera nodo,
Nec teneris audet foliis admittere ſoles.

Pulchrarum mulierum, cum Diana, & Pallade.

Claud. in laude Serenæ, v. 111.

Vtraque luminibus tumidùm micat; vtraque pulchras
Excitat ore faces: qualis Latonia virgo,

Et

Et solo Ioue nata soror, cùm fortè reuisunt
Æquorei sortem patrui, spumantia cedunt
Æquora castarum gressus venerata Dearum.
Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoën Triton; totoq; seueros
Inducit mores pelago pudor, ipsaq; Protheus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra:
Tales sceptriferi visura tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale sorores.

Pulchræ Violantillæ, cum Lauinia & Claudia.

Non talis niueos strinxit Lauinia vultus, Stat lib.
Cùm Turno spectante rubet; non Claudia talis 1 Sylu.
Respexit populos mota iam virgo carina. v. 351.

Pulchræ filiæ alicuius, cum Helena, & Luna.

Macte, quòd & proles tibi sæpius aucta virili Stat. lib.
Robore: sed iuueni lætam dat virgo parenti. 4. Sylu.
Aptior his virtus; citiùs dabit illa nepotes. v. 632.
Qualis maternis Helene iam digna palæstris
Inter Amyclæos reptabat candida fratres:
Vel qualis cæli facies, vbi nocte serena
Admouere iubar mediæ duo sidera Lunæ.

Pulchritudine ceteris præstantis, cum sole, Iuna, &c.

Hæc cùm virgineo constitit in choro,

Vnius

Senec. in *Vnius facies præminet omnibus.*
Medea, *Sic cum sole perit sideribus decor,*
v. 93. *Et densi latitant Pleiadum greges,*
Cùm Phœbe solitum lumine non suo
Orbem circuitis cornibus alligat.
Ostro sic niueus Phœniceo color
Perfusus rubuit: sic nitidum iubar
Pastor luce noua roscidus adspicit.

Pulchræ virginis, cum Atheniensibus mulieribus, &c.

Senec. in *Vincit virgineus decor*
Medea, *Longè Cecropias nurus:*
v. 75. *Et quæ Taygeti iugis*
Exercent iuuenum modo,
Muris quod caret oppidum:
Et quas Aonius latex
Alphæusq́; sacer lauat.

Pulchræ virginis, cum sole occidente.

——— *ipsa deiectos gerit*
Senec. in *Vultus pudore; sed tamen fulgent genæ,*
Troade, *Magisq́; solito splendet extremus decor:*
v. 1137. *Vt esse Phœbi dulcius lumen solet*
Iam-iam cadentis, astra cùm repetunt vices,
Premiturq́; dubius nocte vicina dies.

Pulchræ mulieris, cum Helena.

Senec. in *Formam Sparte iactet alumnæ*
Octauia. *Licet, & Phrygius præmia pastor:*
v. 762.

Vincet

Vincet vultus hæc Tyndaridos,
Quæ mouerunt horrida bella,
Phrygiæq́; solo regna dedere.

Pulchræ virginis morituræ, cum lilio.

Ducitur infelix ad mœnia summa futuri Val. Fla.
Nescia virgo mali, & falsæ commissa sorori. lib. 6.
Lilia per vernos lucent velut alba colores, v. 491.
Præcipuè queîs vita breuis, totusq́; parumper
Floret honor, fuscis & iam Notus imminet alis.

Pulchræ puellæ, cum variis rebus pulchris.

Puella senibus dulcior mihi cycnis; Mart.
Agna Galesi mollior Phalantini; lib. 5.
Concha Lucrini delicatior stagni; Epig. 38.
Cui nec lapillos præferas Erythreos,
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Niuesq́; primas, liliumq́; non tactum.
Quæ crine vincit Bætici gregis vellus,
Rheniq́; nodos, aureamq́; nitellam.
Flagrauit ore, quod rosarium Pæsti,
Quod Atticarum prima mella cerarum,
Quod succinorum rapta de manu gleba.
Cui comparatus indecens erat pauo,
Inamabilis sciurus, & frequens phœnix.
Adhuc recenti tepet Erotion busto.
Quàm pessimorum lex auara fatorum!

Pulchritudine sorores vincentis, cum Venere & Diana.

Sed quantũ virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit,

Auruncleia periculum est,
Ne qua femina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.
Talis in vario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hyacinthinus. Catull. in Nuprias Iuliæ & Manlii.

Pulchritudine cæteras superantis, cum Diana, & Proserpina Naiades vincentibus.

——— nitet ante alias Regina, comesq́;
Pelides. qualis Sicula sub rupibus Ætnæ
Naiades Aetnaas inter Diana, feroxq́;
Pallas, & Elysii lucebat sponsa Tyranni. Stat lib. 2 Achil. v. 149.

Pulchræ virginis, cum Luna.

It sacrum comitata latus pulcherrima proles,
Luce sua plenam qua possit vincere lunam. Coripp. lib. 2.

PVLVIS.

Puluerem excitantis, cum Aquilone.

Interea suspensa graues aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris. Horat. lib. 2. Serm.

Q

QVÆRERE.

Quærentis submersum, cum Alcyone nidum tempestate abreptum quærente.

——— nusquam ille, sed index
Stat. lib. 9. Theb. v. 358. *Desuper, ah miseræ nimium noscenda parenti*
Parma natat. iacet ille procul, quà mixta supremum
Ismenon primi mutant confinia ponti.
Fluctiuagam sic sæpe domum, madidosq́ penates
Alcyone deserta gemit, cùm pignora sæuus
Auster, & algentes rapuit Thetis inuida nidos.
Mergitur orba iterum, penitusq́ occulta sub vndis
Limite non vno, liquidum quà subter eunti
Lucet iter, miseri nequicquam funera nati
Vestigat, plangitq́ tamen.

Quærentis filios interfectos, cum venefica manes explorante.

——— perq́ arma & corpora passim
Stat lib. 3. Theb. v. 137. *Canitiem impexam dira tellure volutans*
Quærit inops natos, omniq́ in corpore plangit.
Thessalis haud aliter bello gauisa recenti,
Cui gentile nefas hominem reuocare canendo,
Multifida attollens antiqua lumina cedro
Nocte subit campos, versatq́ in sanguine functum
Vulgus, & explorat manes, cui plurima busto
Imperet ad superos.

Quæ-

Quærentis hostem cum cane venatico.

Per conferta virûm, & stipata vmbonibus arma Silius
Consequitur melior planta, atq; obtruncat Acerrã. lib. 10.
Vt canis occultos agitat cum Belgicus apros, v. 75.
Erroréśq; feræ solers per deuia mersa
Nare legit, tacitóq; premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantum indagine saltus,
Nec sistit, nisi conceptum sectatus odorem
Deprendit spissis arcana cubilia dumis.

QVIESCERE.

Quiescentis adepta victoria. cum Marte quiescente prostratis Gelonis.

Haud procul exacto lætus certamine victor Claud.
Cespite gramineo consederat, arbore fultus, &c. in Cõs.
Qualis letifera populatus cæde Gelonos Probini
Procubat horrendus Getico Gradiuus in aruo. & Olybrii, v.
Exuuias Bellona leuat, belliq; tepentes 113.
Puluere soluit equos; immensáq; cornus in hastam
Porrigitur, tremulisq; ferit splendoribus Hebrum.

Quiescentium inter pugnandum, cum nautis inter remigandum quiescentibus.

Et iam vtrumque labor, suspiriáq; ægra fatigant: Stat lib.
Tardius ille premit, nec iam hic absistere velox, 6.Theb.
Defectiq; ambo genibus, pariterq; quierunt. v. 793.
Sic vbi longa vagos lassarunt æquora nautas,
Et signo de puppe dato posuere parumper

Brachia, vix requies, iam vox ciet altera remos.

Interquiescentis à furore cum Bacchis.

Val. Fla. lib. 6.

Nox simul astriferas profert mortalibus vmbras,
Et cadit extemplo belli fragor, ægraq; muris
Digreditur longum virgo perpessa timorem.
Vt fera Nyctelii paulisper sacra resistunt;
Mox rapuere Deum, iam-iam quocunque parata
Thyades: haud alio remeat Medea tumultu.

Quiescentis in luco & expectantis cum Endymione Lunam.

Val. Fla. lib. 8.

Iam prior in lucos curis vrgentibus heros
Venerat, & nemoris sacra se nocte tegebat,
Tum quoque siderea clarus procul ora iuuenta:
Qualis adhuc sparsis comitum per lustra cateruis
Latmius æstiua residet venator in vmbra,
Dignus amore Deæ; velatis cornibus & iam
Luna venit: resco tales per nubila ductor
Implet honore nemus, talemq; exspectat amantem.

Quietis à luctu, cum silentio, quod est ad Nilum ex discessu hirundinum.

——— *tandemq; quiescunt*

Flacc. lib. 3.

Dissona peruigili planctu vada: qualiter agros
Ad patrios, auibus medio iam vere reuectis,
Memphis & aprici statio silet annua Nili.

R A-

R

RAPERE.

Rapientis hostem captiuum, cum lupo.

Vtq́; rapax pecudem, quæ se non texit ouili, Ouid. lib. 4. Trist. Eleg. 1.
Per sata, per syluas fertq́; refertq́; lupus:
Sic, si quem nondum portarum sede receptum
Barbarus in campis repperit hostis, habet.
Aut sequitur captus, coniectaq́; vincula collo
Accipit: aut telo virus habente perit.

Rapientis aliquem, cum aquila leporem aut cycnum rapiente.

——— *simul arripit ipsum*
Pendentem, & magna muri cum parte repellit. Virg. lib. 9.
Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cycnum v. 561.
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus.

Rapientis puerum è matris sinu, cum leone iuuencum à latere matris abripiente.

——— *cassa præsidia occupas.*
Fremitu leonis qualis audito tener Senec. in Troade, v. 792.
Timidum iuuencus applicat matri latus:
At ille sæuus matre submota leo
Prædam minorem morsibus vastis premens
Frangit, vehitq́;: talis è nostro sinu
Te rapiet hostis.

Plutonis rapientis Proserpinam, cum leone iuuencam rapiente.

——— *rapitur Proserpina curru,*

Claud. lib. 2. de Rapt. v. 204. *Imploratq; Deas. iam Gorgonis ora reuelat*
Pallas, & intento festinat Delia cornu;
Nec patruo cedunt. stimulat communis in arma
Virginitas, crimenq; fert raptoris acerbat.
Ille velut stabuli decus armentiq; iuuencam
Cum leo possedit, nudatáq; pectora fodit
Vnguibus, & rabiem totos exegit in armos;
Stat crassa turpis sanie, nodósq; iubarum
Excutit, & viles pastorum despicit iras.

Raptoris cum lupo & vulture.

Ouid. Trist. lib. 1. Eleg. 5. *Viq; rapax, stimulante fame, cupidúsq; cruoris*
Incustoditum captat ouile lupus;
Aut vt edax vultur corpus circumspicit, ecquod
Sub nulla positum cernere possit humo:
Sic mea nescio quis male fidus rebus acerbis
In bona venturus, si paterere, fuit.

RARITAS & RARVM.

Raritatis viri boni, cum re pæne impossibili.

Iuuenal. lib. 5. Sat. 13. *Egregium sanctúmq; virum si cerno, bimembri*
Hoc monstrum puero, & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ
Sollicitus. tanquam lapides effuderit imber,
Examénq; apium longa consederit vua

Culmi-

Culmine delubri; tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.

Rara carmina amantur, vt fructus, qui extra tempus naſcuntur.

Rara iuuant: primis ſic maior gratia pomis; Mart. lib. 4. Epig. 29.
Hibernæ pretium ſic meruere roſæ.
Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quàm leuis in tota Marſus Amazonide.

REBELLES.

Rebellium conſpecto duce, cum ſeruis improbis.

Ac veluti famuli, mendax quos mortis herilis Claud. de bello Getico.
Nuntius in luxum falſo rumore reſoluit,
Dum marcent epulis, atque inter vina choróſq;
Perſultat vacuis effrena licentia tectis;
Si reducem dominum ſors improuiſa reuexit,
Hærent attoniti, libertatémq; peroſus
Conſcia ſeruilis præcordia concutit horror:
Sic Ducis adſpectu cuncti ſtupuere rebelles.

REGNA.

Regnorum aut vrbium ſurgentium diuerſa fata, vt naſcentium animæ variæ.

——ſicut variæ naſcentibus, inquit, Prudēt. lib. contra Symmachū poſteriore.
Contingunt pueris animæ: ſic vrbibus adfert
Hora diéſq; ſuum, cùm primùm mœnia ſurgunt,
Aut fatum, aut genium, cuius moderamine regnent.

Regnorum instabilitatis, cum Syrtibus fluctu verberatis.

Senec. in Agam. v. 63. *Alia ex aliis cura fatigat,*
Vexatq́; animos noua tempestas.
Non sic Libycis Syrtibus aequor
Furit alternos voluere fluctus:
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda, niuali
Vicina polo; vbi caeruleis
Immunis aquis lucida versat
Plaustra Bootes. vt praecipites
Regum casus fortuna rotat!

REGERE & RECTOR.

Regentium nauem, cum subiugante tauros.

Val. Fla. lib. 4. *Sed neque permissis iam fundere rector habenis*
Vela, nec eniti remis pote, cùm superadsunt
Cyaneae; premit vmbra ratem, scopuliq́; feruntur
Cominus. hîc Iuno, praecepsq́; ex aethere Pallas
Insiliunt pariter; scopulos hinc nata coërcet,
Hinc coniux Iouis: vt valido qui robore tauros
Sub iuga & inuito detorquet in ilia cornu.

Regentis nauem, cum auriga.

Lucan. lib. 8. *Aequora senserunt motus, aliterq́; secante*
Iam pelagus rostro, nec idem spectante carina
Mutauere sonum. non sic moderator equorum,
Dexte-

Dexteriore rota lauum cùm circuit axem,
Cogit inoffensæ currus accedere metæ.

Regentis Rempub. cum Hercule sustentante polum.

Ancipites rerum ruituro culmine lapsus Claud.
Æquali ceruice subis. sic Hercule quondam lib. 1. de
Sustentante polum melius librata pependit Laud.
Machina, nec dubiis titubauit signifer astris, Stilic. v.
Perpetuaq; senex subductus mole parumper 142.
Obstupuit proprii spectator ponderis Atlas.

Rectoris Reip. cum pastore ouium.

Nomina cunctorum, cunctorum nouerat actus, Coripp.
Semper alens, semperq; mouens, rituq; regendi lib. 4.
Continet ipse suos, nutritq;, fouetq; clientes.
Prouidus vt pastor, longo qui tempore tauros
Lanigerosq; greges herbosis pauit in agris,
Omnia, quæ posuit taurorum nomina, nouit.
Crescere dilectum gaudet pecus, intrat ouile,
Discernit teneros & in vnum congregat agnos,
Nomina nota vocans. audita voce sequuntur,
Agnoscunt dominum, pulsantq; balatibus auras,
Atque auidi sumunt virides quas attulit herbas.

Regentis Rempub. cum nauta.

Ac velut exsertus lentandis nauita tonsis Claud.
Præficitur lateri custos: hinc ardua proræ de Cōs.
Temperat, & fluctus tempestatesq; futuras Mallii, v. 41.

 Edo-

Edocet, assiduo cùm Dorida vicerit vsu.
Jam clauum totamq́ subit torquere carinam:
Sic, cùm clara diu rerum documenta dedisses,
Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium, cunctaq́ dedit tellure regendos
Rectores.

RELINQVERE.

Relinquentis patriam, cum seruis dominum fugientibus.

Catul. de Berecyntia & Aty.
Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix,
Ego quam miser relinquens, dominos vt herifugæ
Famuli solent, ad Idæ tetuli nemora pedem,
Vt apud niuem, & ferarum gelida stabula forem!

REMIGARE.

Remigantium, cum arantibus, &c.

Virg. lib. 5. Æn. v. 142.
Infindunt pariter sulcos, totúmq; dehiscit
Conuulsum remis rostrisq́ stridentibus æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq́ effusi carcere currus:
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis, proníq; in verbera pendent.

RENASCI.

Romæ renascentis cum Phœnice.

Mart. lib. 5. Epigr. 7.
Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties sæcula vixit auis:
Taliter exuta est veterem noua Roma senectam,

Et

Et ſumpſit vultus præſidis ipſa ſui.

Renaſcentis ad vitam meliorem, cum ſerpente.

Vtq́; nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta Ouid. lib. 9. Metam.
Luxuriare ſolet, ſquamaq́; nitere recenti:
Sic vbi mortales Tirynthius exuit artus,
Parte ſui meliore viget, maiórq; videri
Cœpit, & augusta fieri grauitate verendus.

Renaſcentium in fonte Baptiſmi, cum auro igne purgato, aut argento.

Hoc ex lauacro labe dempta criminum Prudēt. lib. Cathemer. in hymno Ieiunātium, v. 965.
Ibant renati: non ſecus quam ſi rudis
Auri recocta vena pulchrùm ſplendeat;
Micet metalli ſiue lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.

Renaſcentium Chriſtianorum ex ipſa morte, cum ſeminibus.

Iam mœſta quieſce querela, Idem ex hymno Exequiarum, v. 1539.
Lacrymas ſuſpendite matres,
Nullus ſua pignora plangat.
Mors hæc reparatio vitæ eſt.
Sic ſemina ſicca vireſcunt
Iam mortua, iamq́; ſepulta,
Quæ reddita ceſpite ab imo
Veteres meditantur ariſtas.

Phœ-

Phœnicis renaſcentis, cum papilione.

Incerti auctoris ex Phœnice. *Inde reformatur, qualis fuit antè figura,*
Et Phœnix ruptis pullulat exuuiis.
Ac velut agreſtes, cùm filo ad ſaxa tenentur,
Mutari penna papilione ſolent.

RES SVPERFLVA.

Rei ſuperfluæ, cum alia.

——— at vos
Perſ. Sat. 2. *Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?*
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine puppæ.

RES MAGNI MOMENTI.

Rei à qua cætera dependent, cum medio ſaxo fornicis.

Auſon. in Eclogario. *Vt medium ſi quis vellat de fornice ſaxum,*
Incumbunt cui cuncta, ſimul deuexa ſequentur
Cætera, communemq́ trahent à vertice lapſum:
Non aliter libra eſt: ſi defuit vncia, totus
Non erit as, nomenq́ deunx iam caſſus habebit:
Nec dextans retinet nomen, ſextante remoto:
Et dodrans, quadrante ſatus, auctore carebit:
Diuulſusq́ triens prohibet perſiſtere beſſem.

RES GESTÆ.

Rerum geſtarum viri fortis, cum rebus geſtis Herculis.

Appia, quam ſimili venerandus in Hercule Cæſar
Conſe-

Consecrat, Ausoniæ maxima fama viæ. Mart. lib. 9. Epigr. 104.
Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris,
Disce: Libyn domuit; aurea poma tulit.
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo:
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Aeripedem syluis ceruum, Stymphalidas vndis
Abstulit: à Stygia cum cane venit aqua.
Fœcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
Hesperias Tusco lauit in amne boues.
Hæc minor Alcides. maior quæ gesserit, audi,
Sextus ab Albana quem colit arce lapis.
Asseruit possessa malis pallatia regnis:
Prima suo gessit pro Ioue bella puer.
Solus Iuleas cum iam retineret habenas
Tradidit, inq; suo tertius orbe fuit.
Cornua Sarmatici ter perfida contudit Istri:
Sudantem Getica ter niue lauit equum.
Sæpe recusato Parthos duxisse triumphos
Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.
Templa Deis, mores populis, dedit otia ferro,
Astra suis, cælo sidera, serta Iaui.
Herculeum tantis numen non sufficit actis:
Tarpeio Deus hic commodet ora patri.

Res gestas alicuius magnificè celebrantis, cum Atheniensibus, qui Palladis gesta peplo intexunt.

Non ego te talem venerarer numine tali; Virg. in Ceir. v. 19.
Non equidem, quamuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere versum:
Sed

Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
Qualis Erichthaeis olim portatur Athenis,
Debita cùm castè soluuntur dona Mineruae;
Tardáue confectio redeunt Quinquennia lustro,
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.

RES SECVNDÆ.

Rebus secundis elati, cum cinere sub quo ignis latet.

Ouid. lib. 2. Amor.
Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
Nec facile est aequa commoda mente pati.
Vt leuis absumptis paulatim viribus ignis
Ipse latet, summo candet in igne cinis;
Sed tamen exstinctas admoto sulphure flammas
Inuenit, & lumen quod fuit antè, perit.

RESILIRE.

Resilientis cum grandine, ictu tympani, &c.

Ouid. lib. 12. Metam.
Non secus haec resilit, quàm tecti à culmine grando,
Aut si quis paruo feriat caua tympana saxo.

RESISTERE.

Resistentis cum rupe vndis verberata.

Virg. lib. 7. v. 386.
Ille velut pelagi rupes immota resistit.
Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quae sese multis circumlatrantibus vndis
Mole tenet; scopuli nequicquā & spumea circùm
Saxa

Saxa fremunt, laterięꝗ illiſa refunditur alga.

Reſiſtentis hoſtibus, cum rupe fulmini reſiſtente.

——— contrà collecta ut pectora parmæ
Fixerat, atque haſtam longè protenderat, hæret Stat. lib. 9. Theb. v. 89.
Arduus Hippomedon: ceu fluctibus obuia rupes,
Cui neque de cælo metus & fracta æquora cedunt,
Stat cunctis immota minis; timet ipſe rigentem
Pontus, & ex alto miſeræ nouere carinæ.

RESPVBLICA.

Reipub. rectore deſtitutæ, cum naui nauclero ſpoliata.

——— ut quiſque perempto
Proximus, & magnis loca deſolata tuentur Stat. lib.
Regibus haud læti, ſeq́ꝫ huc creuiſſe dolentes. 10. v.
Non ſecus amiſſo medium cùm præſide puppis 173.
Fregit iter, ſubit ad vidui moderamina claui
Aut laterum cuſtos, aut quem penes obuia ponto
Prora fuit. ſtupet ipſa ratis, tardeq́ꝫ ſequuntur
Arma, neque accedit domino tutela minori.

RETE.

Retis tenuiſſimi, cum tela araneæ.

Retiaq́ꝫ & laqueos, quæ lumina fallere poſſent, Ouid.
Elimat. non illud opus tenuiſſima vincant lib. 4.
Stamina, nec ſummo quæ pendet aranea tigno. Metam.

REVO-

REVOCARE.

Reuocantis fugientes milites, cum agricola apes tinnitu reuocante.

——— mox numina supplex
Claud. de 6. Conf. Honor. v. 255. *Cum precibus fletuq́ ciet, veterumq́ laborum*
Admonet, & frustra iugulum parcentibus offert,
Defixoq́ malis animo sua membra, suasq́
Cernit abire manus. qualis Cybeleia quassans
Hyblæus procul æra senex reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quæ sponte relictis
Desciuere fauis; sonituq́ exhaustus inani
Raptas mellis opes, solitaq́ oblita latebræ
Perfida deplorat vacuis examina ceris.

RHOMBVS.

Rhombi miræ magnitudinis, cum aliis eiusdem generis.

Iuuenal. Sat. 4. lib. 1. *Cùm iam semianimum laceraret Flauius orbem*
Vltimus, & caluo seruiret Roma Neroni,
Incidit Adriaci spatium admirabile Rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
Impleuitq́ sinus. neque enim minor hæserat illis,
Quos operit glacies Mæotica, ruptaq́ tandem
Solibus effundit torpentis ad ostia ponti
Desidia tardos, & longo frigore pingues.

RIDERE & RISVS.

Ridentis factum alternis, cum oloribus corvos irridentibus.

Fama prius falso similis vanique videri
Ficta ioco, leuior volitare per oppida rumor,
Rideriq́; nefas: veluti nigrantibus alis
Audiretur olor coruo certante ligustris. Claud. lib. 1 in Eutrop. v. 341.

Ridendo seriò aliquem reprehendentis cum ludimagistris pueris crustula dantibus.

——— *quanquam ridentem dicere verum*
Quid vetat? vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima. Horat. Ser. 1. lib. 1. Serm.

Risus inepti, cum sonitu molæ.

Illa sonat raucum quiddam, atque inamabile ridet,
Vt rudit a scabra turpis asella mola. Ouid. lib. 3 de arte amandi.

Risui expositi, cum nudo Atlante, & Afro insidente Elephanti.

Cùm sis tam pauper, quàm nec miserabilis Irus;
Tam iuuenis, quam nec Parthenopæus erat;
Tam fortis, quam nec, cum vinceret Artemidorus,
Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat?
Rideris, multoque magis traduceris Afer,
Quam nudus medio si spatiere foro.
Non aliter monstratur Atlas cum compare mulo,
Quæq́; vehit similem bellua nigra Libyn. Mart. lib. 6. Epig. 77.

Risus vitandus edentulæ, vt cretatæ nimbus, cerussatæ sol, &c.

Mart. lib. 2. Epig. 41.

Debes non aliter timere risum,
Quam ventum Spanius, manumq́; Priscus;
Quam cretata timet Fabulla nimbum;
Cerussata timet Sabella solem.

ROGVS.

Rogi ingentis, cum rogo Herculis.

Albinouanus in epist. ad Liuiam.

Flamma diu cunctata caput contingere sanctum
Errauit, posito lenta subitq́; toro.
Tandem vbi complexa est syluas, alimẽtaq́; sumpsit,
Æthera subiectis lambit & astra comis.
Qualis in Herculea colluxit collibus Oeta,
Cum sinit imposito membra cremata Deo.

Rogi Pompeiani, cum graminibus & syluis accensis.

Lucan. lib. 9.

Ille fuit miserè Magni cinis. accipit omnis
Exemplum pietas, & toto littore busta
Surgunt Thessalicis reddentia manibus ignem.
Sic vbi depastis submittere gramina campis,
Et renouare parans hibernas Appulus herbas
Igne fouet terras, simul & Garganus, & arua
Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.

Rogi Herculei, cum flammis Enceladi & Typhonis.

——— ah durum iecur!
Typhon in illo positus immanis rogo Senec in Herc. Oet v. 1733.
Gemuisset ipse; quiq; conuulsam solo
Imposuit humeris Ossan Enceladus ferox.

ROMA.

Romæ cæteras vrbes superantis, cum cupresso viburna superante.

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes, Virg. Ecl. 1. v. 25.
Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.

Romæ bellis vexatæ, cum eadem aliàs vexata.

Non secus ingenti bellorum Roma tumultu Lucan. lib. 1.
Concutitur, quam si Pœnus transcenderet Alpes
Hannibal.

RVDE DONATVS.

Poëtæ rude donati, cum gladiatore rude donato.

Spectatum satis, & donatum iam rude; quæris Horat. lib. 1 ad Mæcen.
Mecænas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem est ætas, non mens. Veianius armis
Herculis ad postem fixis latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.

RVERE.

Ruentis in hostem, cum leone famelico.

Virg. lib. 10. v. 721.
Hunc vbi miscentem longè media agmina vidit
Purpureum pennis, & pacta coniugis ostro:
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
(Suadet enim vesana fames) si fortè fugacem
Conspexit capream, aut surgentē in cornua ceruum,
Gaudet hians immanè, comasq́; arrexit, & hæret
Visceribus super accumbens; lauit improba teter
Ora cruor. ———
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.

Ruentium in hostem, cum gruibus.

Claud. de bello Gildon. v. 473.
Ilicet auguriis alacres per saxa citati,
Torrenteq́; ruunt; non mons, non sylua retardat.
Pendula ceu paruis moturæ bella colonis
Ingenti clangore grues æstiua relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.
Ordinibus variis per nubila texitur alis
Littera, pennarumq́; notis inscribitur aër.

Ruentis in hostem, cum fulmine.

——— *sic orsus aperto*
Stat. lib. 3 Theb. v. 316.
Flagrantes immisit equos. non ocyus alti
In terras cadit ira Iouis, si quando niualem
Othryn, & Arctoa gelidum caput instruit Ossæ,
Armauitq́; in nube manum. volat ignea moles
Sæua Dei mandata ferens, cælumq́; trisulca
Terri-

Territ et omne coma. iamdudum aut ditibus agris
Signa dare, aut ponto miseros inuoluere nautas.

Ruentis in hostem, cum lupo conante iuuencum inuadere.

——— stricto iam sæuior irruit ense
Ætolus, retróq; datum Thebana regebant Stat. lib. 8. v. 689.
Arma ducem. sic densa lupum iam nocte sub atra
Arcet ab oppresso pastorum turba iuuenco:
Improbus erigitur contra, nec cura vetantes
Impetere; illum, illũ semel in quem venerat, vrget.
Non secus obiectas acies turbamq; minorem
Dissimulat, transitq; manu.

Ruentis, cum fragore scopuli cadentis.

———hic pariter telorum immanis in vnum Val. Fla. lib. 6.
It globus; ille diu subiectis sufficit hastis.
Quin grauior nutúq; cadens exterruit Idam:
Tunc ruit, vt montis latus, aut vt machina muri,
Quæ scopulis trabibúsq; diu, confectaq; flammis
Procubuit tamen, atque ingentem propulit vrbem.

Ruentis in propriam perniciem, cum nauta rupibus illato.

Ac velut in medio rupes latet horrida ponto, Val. Fla. lib. 3.
Quàm super ignari nunquam rexere magistri
Præcipites impunè rates: sic agmine cæco
Incurrit strictis manus ensibus.

Ruentis in hostem cum fulmine.

——— *tum voce feroci*
Silius lib. 5. *Poscit equum, ac mediæ ruit in certamina vallis:*
Sic vbi torrentem crepitanti grandine nimbum
Illidit terris molitus Iuppiter altas
Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia cælo;
Intremuere simul tellus, & pontus, & æther,
Ipsaq́; commoto quatiuntur Tartara mundo.

Ruentis in hostem, cum ventis.

Sil. lib. 7. *Primus claustra manu portæ Dictator, & altos*
Disiecit postes, rupitq́; in prœlia cursum.
Non grauiore mouent venti certamina mole,
Odrysius Boreas, & Syrtim tollere pollens
Africus, obnixi cum bella furentia torquent;
Distraxere fretum, ac diuersa ad littora voluunt
Æquor quisque suum, sequitur stridente procella
Nunc huc, nunc illuc raptim mare, & intonat vndis.

Ruentis in hostem, cum balæna pisces insequente.

——— *ruit ocyùs amens*
Silius lib. 5. *In medios, Tyriumq́; ducem inter prima frementem*
Agmina vt adspexit; rabidi ceu bellua ponti
Per longum sterili ad pastus iactata profundo,
Cùm procul in fluctu piscem male saucia vidit,
Æstuat,

Æstuat, & lustrans nantem sub gurgite prædam
Absorbet latè permixtum piscibus æquor.

Ruentis in hostes, cum amne.

Namque vbi prosiluit castris, ceu turbidus amnis, Sil. lib.
Qui syluas, & saxa trahens per deuia præceps 17. v.
Voluitur, & ripas spumanti gurgite laxat, 122.
Ante omnes prauectus equo trahit agmina voce.
Contrà sana manus Rutuli, celsusq; tuebat
Viso rege procul raptis exercitus armis.

Suis in hostem irruentis, cum mole machinæ bellicæ.

Vtq; volat moles adducto concita neruo, Ouid.
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres: lib. 6.
In iuuenes certo sic impete vulnificus sus Metam.
Fertur.

Ruentis in hostem, cum leonibus.

Namque vt in aduersos impacti turbine pugnæ Sil.lib.4.
Eumachus, & Clytias, & latus nomine patris
Xantippus iunxere gradus; ceu bella leones
Inter se furibunda mouent, & murmure anhelo
Squalentes campos & longa mapalia complent;
Omnis in occultas rupes atque auia pernix
Maurus saxa fugit, coniuxq; Libyssa profuso
Vagitum cohibens suspendit ab vbere natos;
Illi dira fremunt, perfractaq; in ore cruento
Ossa sonant, pugnantq; feris sub dentibus artus:

Haud secus Egeriæ pubes, hinc Virbius acer,
Hinc Capys assiliunt, paribusq; Albanus in armis
Subsidens paulum perfossa proruit aluo.

Ruentis in propriam perniciem, cum auibus & cerua contrarium facientibus.

Ouid. lib. 3. de arte amandi.

Quò feror insanus? quid aperto pectore in hostem
Mittor, & indicio prodor ab ipse meo?
Non auis aucupibus monstrat, qua parte petatur;
Non docet infestos currere cerua canes.

RVS.

Ruris cum domo vrbana.

Mart. lib. 10. Epig. 96.

Illa placet tellus, in qua res parua beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.
Pascitur hic, ibi pascit ager; tepet igne maligno
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.
Hic pretiosa fames, conturbaturq; macellus:
Mensa ibi diuitiis ruris operta sui.
Quattuor hic æstate togæ, pluresue teruntur;
Autumnis ibi me quattuor vna tegit.

Ruris vrbani cum alio.

Mart. lib. 12. Epig. 57.

Et rus in urbe est, vinitorq; Romanus;
Nec in Falerno monte maior autumnus,
Intraq; limen clausus essedo cursus;
Et in profundo somnus, & quies nullis
Offensa linguis, nec dies nisi admissus.

S

SACRIFICIVM.

Sacrificii solis viris celebrari, cum Orgiis à Baptis celebrari solitis.

Solis ara Deæ maribus patet: ite profanæ, Iuuenal.
Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu. lib. 1.
Talia secreta coluerunt Orgia tæda Sat. 2.
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.

SÆCVLVM FELIX.

Sæculi felicis, cum antiquo sæculo aureo.

I nunc, sæcula compara, vetustas Stat. lib.
Antiqui Iouis, aureumq; tempus. 1. Sylu.
Non sic libera vina tunc fluebant, 6. v. 39.
Nec tardum seges occupabat annum:
Vna vescitur omnis ordo mensa.

SANATVS.

Sanati citissimè à morbo, cum Telepho & aliis.

——— *ritu se cingit vterque*
Pœonio, monstrantq; simul, parentq; volentes, Stat. lib.
Donec letiferas vario medicamine pestes, 1. Sylu.
Et suspecta mali ruperunt nubila somni: v. 601.
Adiuuat ipse Deus, morboq; valentior omni
Occupat auxilium. citiùs non arte refectus
Telephus Æmoniæ, nec quæ metuentis Atridæ
Sana Machaonio coierunt vulnera succo.

SANGVINOLENTVS & SANGVIS.

Sanguinolenti amnis, cum Strymone, Hebro, &c. cruore tinctis.

Stat lib. 9. Theb. v. 434.
Ille ego clamatus sacris vlulatibus amnis,
Qui molles thyrsos Bacchaeaq; cornua puro
Fonte lauare feror, stipatus cadibus arctas
In freta quaero vias. non Strymonos impia tanto
Stagna cruore natant; non spumifer altius Hebrus
Gradiuo bellante rubet; nec te admonet altrix
Vnda, tuasq; manus iam pridem oblite parentum
Liber? an Eous meliùs pacatur Hydaspes?

Sanguinis feruentis veneno, cum lamina candenti aquae immissa.

Ouid. lib. 9. Metam.
Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu stridet, coquiturq; ardente veneno.

Sanguinis ex cortice manantis, cum alio fluente è victima.

Idē lib. 8. Meta.
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
Quam solet, ante aras ingens vbi victima taurus
Concidit, abrupta cruor e ceruice profundi.

Sanguinis è vena exsilientis, cum aqua prosiliente ex fistula vitiata.

Ouid. lib. 4. Metam.
______ cruor emicat altè:
Non aliter, quàm cùm vitiato fistula plumbo
Scin-

Scinditur, & tenui stridente foramine longas
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.

SAVCIVS.

Saucii cum leone vulnerato.

——— atque vndanti puluere anhelans
Sedit terribilis clypeum super ore cruento: Silius lib. 10.
Immanis ceu depulsis leuioribus hastis
Accepit leo cùm tandem per pectora ferrum,
Stat teli patiens media tremebundus arena,
Ac manante iubis, rictúq;, & naribus vnda
Sanguinis, interdum languentia murmura torquens
Effundit patulo spumantem ex ore cruorem.

Saucii cum tauro vulnerato.

——— perq; altam saucius Oeten
Haud aliter graditur, quam si venabula taurus Ouid. lib. 9. Metam.
Corpore fixa gerat, factiq; refugerit auctor.

Saucii cum vrsa.

Ille moras ferri neruorum & vincula rumpit, Lucan. lib 6.
Affixam vellens oculo pendente sagittam
Intrepidus, telumq; suo cum lumine calcat.
Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsa,
Cùm iaculum parua Libys amentauit habena,
Se rotat in vulnus, telúmq; irata receptum
Impetit, & secum fugientem circuit hastam.

Vidit Bistonii stabulis pendere tyranni
Postibus Antaei Libyæ; nec Græcia mærens
Tot laceros artus Pisæa fleuit in aula.

SCEPTRVM.

Sceptri Sapientiæ, cum virga Aaronis.

In manibus dominæ sceptrum non arte politum, Prudẽt. in Psychom.
Sed lignum viuum est, viridi quod stirpe recisum
(Quamuis nullus alat terreni cespitis humor)
Fronde tamẽ viret incolumi; tum sanguine tinctis
Intertexta rosis candentia lilia miscet,
Nescia marcenti florem submittere collo.
Huius forma fuit sceptri gestamen Aaron
Floriferum, sicco quod germina cortice trudens
Explicuit tenerum spe pubescente decorem,
Inq́; nouos subitò viruit virga arida fœtus.

SCIENTIÆ CVPIDITAS.

Scientiæ cupiditatis subinde crescentis, cum capellis semper in pastu progredientibus.

His etiam ingenitur visendi ignota cupido, Manil. lib. 5.
Vt noua per montesq́; ruunt arbusta capellæ
Semper, & vlteriùs pascentes tendere gaudent.

SCOPVLVS.

Scopulorum cum montibus in diluuio exstantibus, &c.

——— *scopuli stant ardui vtrimque;*

Vnus

Festus Auienus in Orbis descr.

Vnus in Europam, Libyam procul adspicit alter:
Sic deserta freto procera cacumina celsis
Emicuere iugis: sic intrant saxa profundum;
Sic subeunt nubes; sic cælum vertice fulcit
Maura Abila, & dorso consurgit Iberica Calpe.

SCYPHVS.

Scyphi pretiosi cum aliis.

Mart. lib. 8. Epig. 6.

Archetypis vetuli nihil est odiosius Eucti;
Ficta Saguntino cymbia malo luto.
Argenti furiosa sui cum stemmata narrat
Garrulus, & verbis mucida vina facit:
Laomedonteæ fuerant hæc pocula mensæ;
Ferret vt hæc, muros struxit Apollo lyra.
Hoc cratere ferox commisit prælia Rhœtus
Cum Lapithis. pugnæ debile cernis opus.
Hi duo longæuo censentur Nestore fundi;
Pollice de Pylio trita columba nitet.
Hic scyphus est, in quo misceri iussit amicis
Largius Aeacides, & bibit ipse merum.
Hac propinauit Bytiæ pulcherrima Dido
In patera, Phrygio cum data cena viro est.
Miratus fueris cum prisca toreumata multùm,
In Priami cyathis Astyanacta bibes.

SCRIPTA.

Scripta antiqua nouis præferentis, cum mirantibus leges antiquas.

Cætera nequaquam simili ratione modoq́;

Æsti-

Æstimat, & nisi quæ terris semota, suisq́; Horat. lib. 2. Epist. 1.
Temporibus defuncta videt, fastidit, & odit.
Sic fautor veterum, vt tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri sanxerunt, fœdera regum,
Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum
Dictitet Albano Musas in monte loquutas.

SCVRRA.

Scurræ inurbani, cum aliis vilibus hominibus.

Vrbanus tibi, Cæcili, videris. Mart. lib. 1. Epig. 42.
Non es, crede mihi; quid ergo? verna es.
Hoc, quod Transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis; quod otiosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ;
Quod custos dominúsq; viperarum;
Quod viles pueri salariorum;
Quod fumantia qui tomacla raucus
Circumfert tepidis cocus popinis;
Quod non optimus Vrbicus Pœta, &c.

SEDATA TEMPESTAS.

Sedatæ tempestatis, cum seditione pacata.

Ac veluti magno in populo cùm sæpe coorta est Virg. lib. 1. Æn. v. 153.
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq́; faces & saxa volant; furor arma ministrat.

Tum

[illegible]
[illegible]
[illegible]
S[illegible]
Pr[illegible]rens[illegible]o
Flec[illegible]it equ[illegible].

S E M I F E R V S.

Semiferi corporis, cum corporibus imperfectis in ouis.

Virg. in Ciris. 490. *Ac veluti in niueo teneræ cum primitus ouo*
Effigies animantis, & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllæ circumfusum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant, atque vndique mutabantur.

S E M I N A R E.

Cadmi seminantis dentes draconis, cum agricola.

Flacc. lib. 7. *Ille, velut campos Libyes, ac pinguia Nili*
Fertilis arua serit, plena sic semina dextra
Spargere gaudet agris, oneratq; noualia bello.

S E N A R I V S   N V M E R V S.

Senarii numeri, cum aliis eiusdem generis.

Ergo interceptos regale numisma Philippos
decipe

Accipe tot numero, quot duo Geryones; Auſon. Epiſt. 18.
Quot terni biiuges, demptóq; triente Camœnæ;
Quótq; ſuper terram ſidera Zodiaci;
Quot commiſſa viris Romana, Albanaq; fata;
Quótq; doces horis, quótq; domi reſides;
Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus,
Excepto, medium quod patet ad ſtadium;
Quot pedibus gradiuntur apes, & verſus Homeri;
Quótq; horis pelagus profluit aut refluit;
Protulit in ſcenam quot dramata fabellarum,
Arcadiæ medio qui iacet in gremio;
Vel quot iuncturas Geometrica forma fauorum
Conſerit extremis omnibus, & mediis;
Quot telios primus numerus ſolusq; probatur,
Quod par atque impar partibus æquiparet.
Bis ternos & ter binos qui conſerit vnus,
Qui ſolus totidem congeminatus habet;
Quot faciunt iuncti ſubterq;, ſupraq; locati,
Qui numerant Hyadas Pleiadasq; ſimul.

SENECTVS & SENEX.

Senectuti quies debetur, vt nauibus emeritis naualia.

In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes, Ouid. lib. 4. Triſt. Eleg. 8.
Ne temere in mediis diſſoluantur aquis.
Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit, equus.
Miles vbi emeritis non eſt ſatis vtilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.
Sic igitur tarda vires minuente ſenecta,

Me quoque donari iam rude tempus erat.

Senio debilitati, cum arbore vetuſtatem mutante.

Claud. in Phœnice, v. 27.

Namque vbi mille vias longinqua retorſerit æſtas,
Tot fuerint hiemes, toties ver curſibus actum,
Quas tulit autumnus dederit cultoribus vmbras:
Tunc multis grauior tandem ſubiungitur annis,
Luſtrorum numero victus. ceu laſſa procellis
Ardua Caucaſio nutat de vertice pinus,
Seram ponderibus pronis tractura ruinam.
Pars cadit aſſiduo flatu; pars imbre pereſa
Rumpitur; abripuit partem vitioſa vetuſtas.

Præ ſenio viſum amittentis, cum luna decreſcente.

Claud. ibidem, v. 36.

Iam breue decreſcit lumen, languetq́ue ſenili
Segnis ſtilla gelu: qualis cùm fortè tenetur
Nubibus, & dubio vaneſcit Cynthia cornu.
Iam ſolita medios ala tranſcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo.

Senectutem exuentis, cum angue & ceruo.

Lucret. lib. 3.

——— *quòd ſi immortalis noſtra foret mens,*
Non tam ſe moriens diſſolui conquereretur,
Sed magis ire foras, veſtémq́ue relinquere, vt anguis,
Gauderet, prælonga ſenex aut cornua ceruus.

Senis ornati, cum simio humanam formam imitante.

Quàm pulchrè conspectus erat, cùm tenderet artus Claud.
Exsangues onerare toga, cinctúque grauatus, lib. 1. in
Inductóque senex obscœnior iret in auro! Eutrop.
Humani qualis simulator simius oris, v. 300.
Quem puer arridens pretioso stamine Serum
Velauit, nudasque nates ac terga reliquit;
Ludibrium mensis erecto pectore diues
Ambulat, & claro sese deformat amictu.

Senis rugosi cum simia.

Sed quàm continuis & quantis longa senectus Iuuenal.
Plena malis! deformem & tetrum ante omnia vultum, lib. 4. Sat. 10.
Dissimilémque sui; deformem pro cute pellem, v. 32.
Pendentésque genas, & tales adspice rugas:
Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca saltus,
In vetula scalpit iam mater simia bucca.

Senis cum Priamo & Nestore.

Tu nobis, Clite, iam senex videris. Mart.
Tam multos quis enim fuisse credat lib. 8.
Natales Priamíue Nestorísue? Epig 60.

SENSVS.

Absque sensu aliquid agentis, cum laruis & insomniis.

——— *dat inania verba,*

Virg. lib. 10. v. 639.

Dat sine mente sonum, gressusq; effingit euntis:
Morte obita quales fama est volitare figuras,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.

SEPARARE.

Separantis bonos à malis, cum pastore gregem secernente.

Iuuenc. lib. 3.

Tunc gentes cunctæ diuersis partibus orbis
Conuenient; iustosq; omnes de labe malorum
Secernet, dextraq; libens in parte relinquet.
Vt pastor pecoris secernit pascua misti,
Lanigeris dextri permittens mollia prati,
At læuos hirtis dumos tondere capillis.

SEPVLCRVM.

Sepulcri Cæsaris, cum Iouis sepulcro.

Mart. lib. 9. Epig. 25.

Juppiter Idæi risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flauia templa poli;
Atque inter mensas largo iam nectare fusus,
Pocula cùm Marti traderet ipse suo,
Respiciens Phœbum pariter Phœbiq; sororem,
Cum quibus Alcides & pius Arcas erat:
Gnossia vos, inquit, nobis monumenta dedistis:
Cernite, quàm plus sit Cæsaris esse patrem.

Sepulcri Pompeii, cum Iouis sepulcro.

Atque erit Ægyptus populis fortasse nepotum

Tam

Tam mendax Magni tumulo, quàm Creta Tonantis. Lucan. lib. 8.

Sepulcri Catonis, cum Iouis ſepulcro.

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis;
Viſuntur magni parua ſepulcra Iouis. Ex Epigrāmatis veterū.

SERMO.

Sermonis mixti, cum Falerno Chio permixto.

——— at ſermo lingua concinnus vtraque
Suauior, vt Chio nota ſi commiſſa Falerni eſt. Horat. lib. 1. Serm.

SERPENS.

Serpentis maximi, cum ſerpente Arctico.

Ecce iugis rapiens ſyluas, ac robora vaſto Sil. lib. 3.
Contorta amplexu, tractasq́ per inuia rupes
Alter letifero ſtridebat turbine ſerpens.
Quantus non æquas perluſtrat flexibus Arctos,
Et geminum lapſu ſidus circumligat anguis:
Immani tantus fauces diducit hiatu,
Attollensq́ caput nimboſis montibus æquat.
Congeminat ſonitus rapti violentia cæli,
Imbriferamq́ hiemem permixtam grandine torquet.

Serpentis verſicoloris cum Iride.

——— adytis cùm lubricus anguis ab imis Virg. Æn. lib. 5. v. 74.
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,

Amplexus placidè tumulum, lapsusq́; per auras;
Cærulea cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso sole colores.

Serpentis versicoloris siue Cenchridis, cum Ophite.

Lucan. lib. 9.

——— *& semper recto lapsurus limite Cenchris*
Pluribus ille notis variatam pingitur aluum,
Quàm Parius tinctus maculis Thebanus Ophites.

Serpentis magni, cum serpente Arctico.

Ouid. lib. 3. Metam.

——— *longo caput extulit antro*
Cæruleus serpens, horrendaq́; sibila misit, &c.
At media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus, tantoq́; est corpore, quanto,
Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.

SERPERE.

Draconis per terram serpentis, cum flumine.

Cicero in Poëmat.

Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Toruu' draco serpit, subter supraq́; reuoluens
Sese, conficiensq́; sinus è corpore flexos.

SERVITVS & SERVVS.

In seruitutem iterum redacti, cum bellua, quæ semel liberata priora semper vincula cauet.

Quares, quando iterum paueas, iterumq́; perire
Pos-

Poſſis, ô toties ſeruus! quæ bellua rurſus,
Cùm ſemel effugit, reddit ſe praua catenis? Horat. lib. 2. Sat. 7. v. 69.

Serui mediaſtini, cum Sarmento & Galba.

Si te propoſiti nondum pudet, atque eadem eſt mens, Iuuenal. lib. 1. Sat. 5.
Ut bona ſumma putes aliena viuere quadra;
Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas
Cæſaris ad menſas, nec vilis Galba tuliſſet,
Quamuis iurato metuam tibi credere teſti.

Seruorum cum Phrygibus.

Hi Panaria candidasq́; mappas Stat. lib. 1. Sylu. 6.
Subuectant, epulasq́; lautiores:
Illi marcida vina largiuntur;
Idæos totidem putes miniſtros.

SEVERITAS.

Seueritas odioſa eſt, vt accipiter & lupus: contrà lenitas & manſuetudo grata, vt hirundo, &c.

Aſperitas odium ſæuaq́; bella mouet. Ouid. lib. 2. Amor.
Odimus accipitrem, quia viuit ſemper in armis,
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.
At caret inſidiis hominum, quia mitis hirundo eſt,
Quasq́; colat turres Chaonis ales habet.

SIMILIS.

Similis matri filiæ, cum propagine respectu arboris.

Coripp. lib. 2.
It sacrum comitata latus pulcherrima proles,
Luce sua plenam quæ possit vincere lunam,
Æquiparans humeris matrem; sic lucida cultu,
Sic niueis formosa genis, similisq́ parenti.
Igne micant oculi; nomen distabat & ætas,
Non tamen egregiæ distabat gratia formæ.
Arboris vt matris quæ de radice propago
Nascitur, & celsis caput erigit ardua ramis,
Æquiparatq́ nouis maternæ frondibus umbræ:
At mater propriam florentem germine natam
Gaudet habere parem, lætasq́ attollit in auras
Felices ramos, & vertice despicit arua.

SOCIETAS & SOCIVS.

Societate alicuius gaudentium, cum columbis ignotæ columbæ se adiungentibus.

Stat. lib. 1. Achil. v. 370.
Dehinc sociare choros, castisq́ accedere sacris
Hortantur, cedúntq́ loco, & contingere gaudent.
Qualiter Idaliæ volucres, vbi mollia frangunt
Nubila, iam longum caléq́ domóq́ gregatæ;
Si iunxit pennas, diuersoq́ hospita tractu
Venit auis, cunctæ primùm mirantur & horrent;
Mox propiusq́ volant, sociam iamq́ aëre in ipso
Paulatim fecere suam, plausuq́ secundo
Circumeunt hilares, & ad alta cubilia ducunt.

Socio in dolore tristitiam leuantis, cum naufrago aliisque similiter facientibus.

Naufragus eiecta nudus rate quærit eodem Petron.
Percussum telo, cui sua fata legat.
Grandine qui segetes & totum perdidit annum,
In simili deflet tristia fata sinu.
Funera conciliant miseros; orbíq; parentes
Coniungunt gemitus, & facit hora pares.
Nos quoq; confusis feriemus sidera verbis,
Et fama est iunctas fortiùs ire preces.

SOL.

Solis nocentis segetibus, cum vento & gelu iisdem damnum inferentibus.

Nec venti tantùm Cereri nocuere, nec imbres; Ouid. lib. 4.
Nec si marmoreo pallet adusta gelu: Fast. v.
Quantùm, si culmos Titan incalfacit vdos. 915.

SOLLICITVS.

Sollicitæ Cereris, cum aue pro pullis sollicita.

——— digreditur templis (sed nulla ruenti Claud.
Mobilitas) tardos queritur non ire iugales, lib. 3. de
Immeritasq; mouens alterno verbere pinnas Rapt. v.
Sicaniam quærit, cùm necdum ascenderit Idam. 137.
Cuncta pauet, speratq; nihil. sic æstuat ales,
Quæ teneros humili fœtus commiserit orno,
Allatura cibos, & plurima cogitat absens:

Ne gracilem ventus discusserit arbore nidum;
Ne furtum pateant homini, neu præda colubris.

Solliciti, cum naui putredine arrosa, &c.

Ouid. lib. 1. de Ponto.

Estur vt occulta vitiata putredine nauis;
Æquoreos scopulos vt cauat vnda salis;
Roditur vt scabra positum rubigine ferrum;
Conditus vt tinea carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mente stimuli quam vita, relinquent,
Quiq; dolet citius, quam dolor ipse cadat.

Solliciti, cum cera igne liquefacta.

Ouid. lib. 1. de Ponto.

Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis:
Ignibus admotis vt noua cera solet.

Sollicitæ Cereris in abscondenda Proserpina, cum aue nidum occultare conante.

Stat. lib. 1. Achil. v. 211.

Hæc placet, hæc timidæ tellus tutissima matri.
Qualis vicino volucris iam sedula partu,
Iamq; timens, qua fronde domum suspendat inanem;
Prouidet hinc ventos, hinc anxia cogitat angues,
Hinc homines; tandem dubiæ placet vmbra, nouisque
Vix stetit in ramis, & protinus arbor amatur.

Solli-

Sollicitorum & timentium, cum columbis.

——— *ſic attoniti nil cominus ire*
Mirantur, fuſaſq́ putant aſſurgere turmas. Stat. lib. 12. v. 13.
Sic vbi proſpicuæ ſcandentem limina turris
Idaliæ volucres fuluum adſpexere draconem,
Intus agunt natos, & fœta cubilia vallant
Vnguibus, imbelleſq́ citant ad prœlia pennas.
Mox ruerit licèt ille retrò, tamen aëra nudum
Candida turba timet, tandemq́ ingreſſa volatus
Horret, & a mediis etiam non reſpicit aſtris:
Itur in exſanguem populum.

Solliciti de amici periculo, cum Caſtore.

Cùm tu ſodalis dulce periculum Stat. lib. 4. Sylu. in Lyrico ad Seuerū, v. 407.
Conniſus omni pectore tolleres,
Vt Caſtor ad cunctos tremebat
Bebryciæ ſtrepitus arenæ.

Solliciti de filio, cum aquila pro prole ſollicita.

——— *penniſq́ leuatus*
Antè volat, comitiq́ timet: velut ales ab alto, Ouid. lib. 8. Metam.
Quæ teneram prolem produxit in aëra nido,
Hortatúrq́ ſequi, damnoſaſq́ erudit artes,
Et mouet ipſe ſuas & nati reſpicit alas.

Solliciti, cùm venatore exſpectante leonem.

——— *illi formidine nulla*

(Quip-

Stat.lib. 4.Theb. v. 89.

(Quippe in corde Deus) ſolum tremor obruit ingens
Oedipodioniden, vatiſq́; horrenda canentis
Nunc humeros, nunc ille manus, & vellera preſſat
Anxius, inceptiſq́; velit deſiſtere ſacris.
Qualis Getulæ ſtabulantem ad confraga ſyluæ
Venator longo motum clamore leonem
Exſpectat firmans animum, & ſudantia niſu
Tela premens; gelat ora pauor, greſſuſq́; tremiſcunt,
Quis veniat, quantuſq́; ; ſed horrida ſigna frementis
Accipit, & cæca metitur murmura cura.

SOMNOLENTVS & SOMNVS.

. Somnolenti cum gliribus.

Auſon. in Ephemeride.

Dormiunt glires hiemem perennem,
Sed cibo parcunt: tibi cauſa ſomni
Multa; quòd potas, nimiaq́; tendis
Mole ſaginam.

In ſomno futura præſcientis, cum Numa, Scipione, & Sylla.

Stat.lib. 5.Sylu. v. 729.

Inde tamen venias melior, qua in porta malignum
Cornea vincit ebur, ſomniq́; in imagine monſtra,
Quæ ſolitus. ſic ſacra Numæ ritúſq́; colendos
Mitis Aricino dictabat nympha ſub antro.
Scipio ſic plenos Latio Ioue ducere ſomnos
Creditur Auſoniis, & non ſine Apolline Sylla.

SOR-

SORDIDVS.

Sordidi cum columba manibus tractata.

Horrida pendebant molles super ora capilli,
Et visa est oculis horrida penna meis:
Qualis in aëriæ tergo solet esse columbæ,
Tractatam multæ quam tetigere manus.

Ouid lib. 3. de Ponto.

SPECTACVLVM.

Spectaculi Amphitheatralis, cum rebus ab Orpheo gestis.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.
Repserunt scopuli, mirandaq́; sylua cucurrit,
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum,
Et supra vatem multa pependit auis.

Mart. in Præludiis Epig. 20.

SPECTRVM.

Spectris vexatæ, cum Oreste & Pentheo.

——— agit ipse furentem
In somnis ferus Aeneas; semperq; relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata videtur
Ire viam; & Tyrios deserta quærere terra:
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas;
Aut Agamemnonius Scenis agitatus Orestes

Virg. lib. 4. Æn. v. 465.

Arma-

Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Cum fugit, vltricesq; sedent in limine Diræ.

Spectris vexati, cum tigride furente.

Stat. lib. 2. Theb. v. 125.

Illi rupta quies attollit membra, toróq;
Erigitur plenus monstris, vanúmq; cruorem
Excutiens simul horret auum, fratremq; requirit.
Qualis vbi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas, somnosq; excussit inertes,
Bella cupit, laxatq; genas, & temperat vngues;
Mox ruit in turmas, natísq; alimenta cruentis
Spirantem fert ore virum: sic excitus ira
Ductor in absentem consumit prœlia fratrem.

Spectris vexati cum Oreste & Pentheo.

Lucan. lib. 7.

Hunc agitant totis fraterna cadauera somnis;
Pectore in hoc pater est, omnes in Cæsare manes:
Haud alios nondum Scythica purgatus in ara
Eumenidum vidit vultus Pelopeius Orestes;
Nec magis attonitos animi sensere tumultus,
Cùm fureret Pentheus, aut cùm desciisset Agaue.

SPELVNCA.

Speluncæ, cum terra dehiscente.

Virg. lib 8. v. 241.

At specus & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ:
Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat

Pal-

Pallida, Diis inuisa, superq; immane barathrum
Cernatur, trepidéntq; immisso lumine manes.

SPES.

Spem facientis, cum bonis ominibus.

Namque velut stellas Babylonia cura salubres Claud.
Optima tunc spondet mortalibus edere fata, in 6.
Cælicolæ cùm celsa tenent, summoq; feruntur Conf.
Cardine, nec radios humili statione recondunt: Honor.
Haud aliter Latiæ sublimis signifer aulæ, v. 18.
Imperii sidus prima cùm sede locauit,
Auget spes Italas; & certiùs omnia surgunt
Victrici concepta solo, cùm pulcher Apollo
Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras.

SPLENDERE.

Splendentis in aqua, cum splendore solis & lunæ in stagno.

——— *gratos auidus procumbit ad amnes.* Flacc.
Stagna vaga sic luce micant, vbi Cynthia cælo lib. 3.
Prospicit; aut medii transit rota candida Phœbi:
Tale iubar diffundit aquis.

Splendentis, cum stella matutina.

Aureus omnis erat, cultúq; habitúq; modestus, Coripp.
Et morum probitate placens, virtute verendus, lib. 3.
Fulmineus, cautus, vigilans noctésq; diésq;
Pro rerum dominis, & honora luce coruscus:

Matu-

Matutina micans vt cælo stella sereno
Auratis radiis argentea sidera vincit,
Vicinúmq; diem claro prænuntiat igne.

Splendentis cum Achate & aliis gemmis.

Coripp lib. 4. *Splendida signa gerens, qualis pretiosus achates,*
Aut medius fuluo Parius lapis enitet auro,
Artificis formante manu: sic luce coruscus,
Sic animo placidus, miti sic gratior ore
Terga tegens domini claris fulgebat in armis.

Splendentium armatorum, cum Nymphis & sideribus.

——— stetit explicito prius agmine pubes,
Flacc. lib. 5. *Expertiq; simul si tela artúsq; sequantur.*
Nec quisquam freta nec patrias iam respicit vrbes,
Sed magis ad præsens itur decus. incita cristas
Aura quatit; variis floret via discolor armis:
Qualis ab Oceano nitidum chorus æthera vestit;
Qualibus assurgens nox aurea cingitur astris.

Splendentis armati cum Lucifero.

Sil.lib.7. *Gens Cadmi, Cleadas, fulua cui plurima passim*
Casside & aurato fulgebat gemma monili:
Qualis vbi Oceani reuocatus Lucifer vnda
Laudatur Veneri, & certat maioribus astris.

Prælorum splendentium, cum Hybla variis floribus ornata.

Florida per varios vt pingitur Hybla colores,

Cùm

Cum breue Sicaniæ ver populantur apes: Mart.
Sic tua compositis perlucent prela lucernis, lib. 2.
Et micat innumeris arcula synthesibus. Epig. 46.

Splendentis, cum sole sereno.

——— *talisq́ apparuit illi,* Ouid.
Qualis vbi appositas nitidissima solis imago lib. 14.
Euicit nubes, nullaq́ obstante reluxit. Metam.

Splendentis Christi. cum sole splendente, &c.

Nec tamen (humano quamuis in corpore) Christum Sedulk
Matris ab occasu mortalia membra gerentem
Clam fuit eße Deum: quia non absconditur vnquam
Vrbs in monte sedens; medio nec subditur ardens
Lychnus, anhelantes sed spargens altiùs ignes
Cunctis lumen agit. radians nam testibus amplo
Discipulis fulgore tribus, velut igneus ardor
Solis in æthеream versus splendore figuram
Vicerat ore diem; vestémq́ tuentibus ipsam
Candida forma nimis Domini de tegmine fulsit.

Splendentis cristæ, cum cometa.

Letiferúmq́ micant fulgentes vertice cristæ: Sil. lib. n.
Crine vt flammifero terret fera regna cometes
Sanguineum spargens ignem; vomit atra rubenteis
Fax cælo radios, & sæua luce coruscum

Et Scin-

Scintillat sidus, terrisq; extrema minatur.

D. Laurentii vultus splendentis, cum vultu Moysis & D. Stephani.

Prudēt. lib. Peristeph.

Illi os decore splenduit,
Fulgorq; circumfusus est.
Talem reuertens legifer
De monte vultum detulit.
Iudæa quem plebs aureo
Boue inquinata, & decolor
Expauit, & faciem retrò
Detorsit impatiens Dei.
Talemq; & ille prætulit
Oris corusci gloriam
Stephanus per imbrem saxeum
Cælos apertos intuens.

SPOLIVM.

Spolium ex hoste reportantis, cum aquila draconem rapiente.

Virg. lib. 11. v. 751.

Vtq; volans altè raptum cùm fulua draconem
Fert aquila, implicuitq; pedes, atque vnguibus hæsit;
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisq; horret squamis & sibilat ore
Arduus insurgens; illa haud minùs vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædam Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans.

Spolio

Sposo gaudentium, cum pastoribus leone superato gaudentibus.

Hic amor, hoc una timidi fortesq; sequuntur Stat lib. 9. Theb. v. 186.
Nobilitare manus; infectaq; sanguine tela
Coniugibus seruant paruisq; ostendere natis.
Sic ubi Mauri diu populatum rura leonem,
Quem propter clausiq; greges, vigilantq; magistri,
Pastorum lassæ debellauere cohortes,
Gaudet ager, magno subeunt clamore coloni,
Præcerpuntq; iubas, immaniaq; ora recludunt,
Damnaq; commemorant; seu iam sub culmine fixus
Excubat, antiquo seu pendet gloria luco.

SPONSA & SPONSVS.

Sponsi pulcherrimi, cum Lucifero.

Os humerosq; Deo similis, lumenq; iuuentæ. Auson. Edyl. 18.
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda
Extulit os sacrum cælo: sic ora ferebat,
Sic oculos, cursusq; amens ad limina tendit.

Sponsi sponsa sua gaudentis, cum Peleo Thetidem accipiente.

Et ipse lateri iunctus atque hærens tuo, Senec. in Octauia, v. 701.
Sublimis inter ciuium læta omina
Incessit habitu atque ore lætitiam gerens
Princeps superbo: talis emersam freto
Spumante Peleus coniugem accepit Thetin.

Sponsæ sponsum accedentis, cum Venere Paridem accedente.

Catul. in Nuptiis Iul. & Mall. *Namque Iulia Mallio,*
Qualis Idalium colens
Venit ad Phrygium Venus
Iudicem, bona cum bona
Nubit alite virgo.

STATVA.

Statuæ, cum opere Cyclopum.

Stat. lib. 4. Sylu. 6. v. 47. *Hoc spatio tam magna breui mendacia formæ,*
Quis modus in dextra, quanta experientia docti
Artificis curis, pariter gestamina mensæ
Fingere, & ingentes animo versare colossos?
Tale nec Ideis quicquam Telchines in antris,
Nec solidus Brontes, nec qui polit arma Deorum
Lemnius, exigua potuisset ludere massa.

Statuæ Phasidis, cum statua Enipei & Inachi.

Flacc. lib. 5. *Tunc tibi fœcundi proles Iouis orta niuali*
Arcados axe Deæ (fluuio modò Phasi quieto
Palladiam patiare ratem) nec dona, nec aræ
Defuerint tellure mea; veneranda fluentis
Effigies te Phasi manet: quàm magnus Enipeus,
Et pater aurato quantus iacet Inachus antro.

Sta-

Statuæ Iunonis, cum eadem viua.

Iuno labor, Polyclete, tuus, & gloria felix, Mart. lib. 10. Epig. 75.
Phidiacæ cuperent quam meruisse manus,
Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida
Iudice conuictas non dubitante Deas.
Iunonem, Polyclete, suam nisi frater amaret,
Iunonem poterat frater amare tuam.

Statuæ Herculis, cum eodem viuo.

Alcide, Latio nunc agnoscende Tonanti, Mart. lib. 9. Epig. 67.
Postquam pulchra Dei Cæsaris ora geris;
Si tibi tunc isti cultus habitúsq; fuissent,
Cesserunt manibus cùm fera monstra tuis:
Argolico famulum non te seruire tyranno
Vidissent gentes, sæuaq; regna pati:
Sed tu iussisses Eurysthea; nec tibi fallax
Portasset Nessi perfida dona Lichas.
Oetæi sine lege rogi securus adisses
Astra, patris summi quæ tibi pœna dedit.
Lydia nec dominæ traxisses pensa superbæ,
Nec Styga vidisses Tartareúmq; canem.
Nunc tibi Iuno fauet, nunc te tua diligit Hebe;
Nunc, te si videat Nympha, remittet Hylan.

STELLÆ.

Stellarum varius ordo, cum ordine populi ciuitatis alicuius.

Vtq; per ingentem populus describitur vrbem, Manil. lib. 5.

Præcipuumq; patres retinent, & proximũ equester
Ordo locum; populumq; equiti, populoq; subire
Vulgus iners; videas etiam sine nomine turbam:
Sic etiam magno quædam respondere mundo
Hæc natura facit, quæ cæli condidit orbem.
Sunt stellæ procerum similes, sunt proxima primis
Sydera, suntq; gradus, atque omnia iuncta priori.

STERNERE.

Sternentis hostes, cum agricola fruges demetente.

Catull. in carm. Nupt. *Namque velut densas prosternit messor aristas,*
Sole sub ardenti flauentia demetit arua:
Troiugenûm infesto prosternet corpora leto.

Prosternentis hostem, cum turbine arbores deijciente.

Catull. in carm. Nupt. *Nam velut in summo quatientem brachia Tauro*
Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum
Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit; illa procul radicitus exstirpata
Prona cadit, lateq; & cominus omnia frangit:
Sic domito sæuum prostrauit corpore Theseus
Nequicquam vanis iactantem cornua ventis.

STRAGES & STRAGEM EDERE.

Stragis editæ, cum pomis & glandibus cadentibus.

Ouid. lib. 7. Metam. *Quo se cumque acies oculorum flexerat, illic*
Vulgus

Vulgus erat stratum: veluti cum putria motis
Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes.

Stragem edentis, cum tempeſtate.

Hinc inter medios memorandis Regulus ausis Sil. lib. 6.
Laxabat ferro, campoq; pericla ruebat,
Nec repetenda dabat letali vulnera dextra.
Sic vbi nigrantem torquens ſtridentibus Auſtris
Portat turbo globum, piceaq; è nube ruinam
Pendentem terris pariter pontoq; minatur;
Omnis & agricola, & nemoroſo vertice paſtor,
Et pelago trepidat ſubductis nauita velis.

Stragis, cum naufragio.

Non tam fœda virûm Laurentibus agmina terris Flacc. lib. 6.
Eiecere Noti; Libyco nec talis imago
Littore, cùm fractas inuoluunt æquora puppes:
Hinc biiuges, illinc artus tenduntur heriles,
Quos radij, quos frena ſecant; trahiturq; trahitq;
Currus cæde madens, atroq; in puluere Regum
Viſcera nunc aliis, aliis nunc curribus hærent.

Stragis omnium promiſcuè ætatum, cum pugna Lapitharum.

Hic iuuenum manus, & nullis violabilis armis Stat. lib. 5 Theb. v. 259.
Turba ſenes, poſitiq; patrum ſuper ora gementum
Semineces pueri trepidas in limine vitæ
Singultant animas. gelida non ſæuius Oſſa
Luxuriant Lapitharum epulæ, ſi quando profundo

Nubigenæ caluere mero. vix primus ab ira
Pallor, & impulsis surgunt ad prœlia mensis.

Magnæ stragis, cum syluæ excidione.

Flacc. lib. 3. *Ac veluti magna iuuenum cùm densa securi*
Sylua labat, cuneisq́ gemit graue robur adactis,
Iamq́ abies piceæq́ ruunt: sic dira sub ictu
Ossa virûm malæq́ sonant, sparsusq́ cerebro
Albet ager.

Stragis editæ, cum strage ferarum venante Diana.

Silius lib. 15. *Iámq per extentos alterna strage virorum*
Corpora fusa iacent campos, diuersáq in vndam
Iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas:
Ut cùm venatu saltus exercet opacos
Dictynna, & læta præbet spectacula matri;
Aut Pindi nemora excutiens, aut Manala lustrans
Omnis Naiadum plenis comitata pharetris
Turba ruit, cursúq leues nemora auia cingunt.
Coryti interea strident, ductísq sagittis
Pendentes saliunt, Nymphis obeuntibus arua.
Tum per saxa feræ pérq ipsa cubilia fusæ,
Per valles fluuiósq, atque antra virentia musco
Multa strage iacent. exsultat vertice montis
Gratam perlustrans oculis Latonia prædam.

Stra-

Stragem edentis, cum leone famelico.

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans Virg.
(Suadet enim vesana fames) manditq́ trahitque lib. 9.
Molle pecus mutumq́ metu: fremit ore cruento v. 339.
Nec minor Euryali cædes; incensus & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem
Fadumq́, Hebesumq́ subit.

Stragem edentis, cum torrente & turbine.

Talia per campos edebat funera ductor Virg.
Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis atri lib. 10.
More furens. v. 692.

Stragem edentis, cum Ioue diluuio omnia inuoluente.

Ecce locum tempusq́ ratus, iamq́ & sua posci Flacc.
Prœlia falcatos infert Ariasmenus axes, lib. 6.
Seuaq́ diffundit socium iuga, protinus omnes v. 386.
Graiugenas, omnes rapturus ab agmine Colchos.
Qualiter exosus Pyrrhæ genus æquora rursus
Iuppiter atque omnes fluuium si fundat habenas;
Ardua Parnassi lateant iuga, cesserit Othrys
Piniger, & mersis decrescant rupibus Alpes.
Diluuio tali, paribusq́ Ariasmenus vrget
Excidiis, nullo rapiens discrimine currus.

Stragem excitantis, cum leone pecora dilaniante.

Sil. lib. 2. ——— *sic ense recepto*
Arma super ruit, & flammas inuadit hiatu;
Semiambusta iacet nullo discrimine passim,
Infelix obitus, permisto funere, turba:
Ceu stimulante fame cùm victor ouilia tandem
Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus, patulóque redundat
Gutture ructatus largè cruor, incubat atris
Semesæ stragis cumulis, aut murmure anhelo
Infrendens laceros inter spatiatur aceruos;
Latè fusa iacent pecudes custósque Molossus,
Pastorúmque cohors, stabulique gregísque magister,
Totáque vastatis disiecta mapalia tectis.

Stragem edentis, cum imbre.

Flacc. lib. 6. *Ille volat campis, immensaq́; funera miscet*
Per cuneos: velut hiberno proruptus ab arcu
Imber agens scopulos nemorúmque operúmque ruinas,
Donec ab ingenti bacchatus vertice montis
Frangitur, inq́; nouum paulatim deficit amnem.

Stragem excitantis, cum tigride.

Stat. lib. 8. vers. 475. *Inde velut primo tigris gauisa cruore*
Per totum cupit ire pecus: sic Aona saxo,

Ense

Ense Pholum, Chromin ense, duos Ielicaonas
hasta
Transfigit.

Stragem edentis, cum Bellona.

——— *obit lati proiecta cadauera campis;* Lucan. lib. 7.
Vulnera multorum totum fusura cruorem
Opposita premit ipse manu, quacunque vagatur
Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum,
Bistonas aut Mauors agitans, si verbere saeuo
Palladia stimulet turbatos aegide currus.

STREPITVS.

Strepitus verborum, cum strepitu peluium, tintinnabulorum, &c.

——— *verborum tanta cadit vis,* Iuuenal. lib. 2. Sat. 6.
Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas
Pulsari. iam nemo tubas, nemo aera fatiget:
Vna laboranti poterit succurrere lunae.

STREPITVS, vide MVRMVR.

STRIDERE.

Stridentis serrae, cum sono instrumenti musici.

Ne tu fortè putes serrae stridentis acerbum Lucret. lib. 2.
Horrorem constare elementis leuibus; aequè
Ac Musaea mele per chordas organici, quae
Mollibus a digitis expergefacta figurant.

STV-

STVDIVM.

Studii Poëtici, cum aliis vilioribus.

Stat. lib. 4 Syl. 6. *Ah miseri, quos nosse iuvat, quid Phasidis ales*
Distet ab hiberna Rhodopes grue! quis magis anser
Exta ferat; cur Tuscus aper generosior Vmbro;
Lubrica qua recubent conchilia mollius alga.
Nobis verus amor, medióq; Helicone petitus
Sermo, hilaresq; ioci brumalem absumere noctem
Suaserunt, mollemq; oculis expellere somnum,
Donec ab Elysiis prospexit sedibus alter
Castor, & hesternas risit Tithonia mensas.

STVPIDVS.

Stupidi cum statua.

Iuuenal. lib. 3. Sat. 8. ——— *truncoq; simillimus Hermæ.*
Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quòd
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.

SVBVENIRE.

Subuenientis ruenti imperio, cum sole post Phaëthontis lapsum orbi subueniento.

Claud. in 4. Cons. Honor. *Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,*
Ni pater ille tuus iam-iam ruitura subîsset
Pondera, turbatamq; ratem, certaq; leuasset
Naufragium commune manu. velut ordine rupto
Cum procul insana traheret Phaëthonta quadriga,
Sæuiretq; dies, terramq; & stagna propinqui

Hauri-

Haurirent radii, solito cum murmure toruus
Sol occurrit equis: qui postquam rursus heriles
Agnouere sonos, rediit meliore magistro
Machina concentusq́; poli, rursusq́; recepit
Imperium flammaq́; modum.

Subuenientis patriæ, cum fausto sidere tempestati marinæ affulgenti.

Qua dignum te laude feram, qui pœne ruenti Claud lib. 1. in Ruf. v. 243.
Lapsuroq́; tuos humeros subieceris orbi?
Te nobis trepidæ ceu sidus dulce carinæ
Ostendere Dei, geminis quæ lapsa procellis
Tunditur, & victo trahitur iam cæca magistro.

SVCCEDERE.

Succedentium sibi mutuò, cum vnda.

Sic quia perpetuus nulli datur vsus, & hæres Horat. lib. 2. Epist. 2.
Hæredem alterius, velut vnda superuenit vndam.

SVMPTVOSVS.

Sumptuosi gemmam absorbentis, cum eodem illam abijciente in cloacam.

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ, Horat. lib. 2. Serm.
Scilicet vt decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insignem baccam. qui sanior, ac si
Illud idem in rapidum flumen iaceretue cloacam?

SVPERVACANEVM.

Superuacaneæ rei, cum aliis eiusdem generis.

Mart. lib. 9. Epig. 27.

Audet facundo qui carmina mittere Nerua,
Pallida donabit glaucina, Cosme, tibi;
Pæstano violas, & cana ligustra colono,
Hyblæis apibus Corsica mella dabit.
Sed tamen & paruæ nonnulla est gratia Musæ;
Appetitur posito vilis oliua lupo.

SVRDVS.

Surdi, cum Fusio Tragœdo dormiente inter agendum.

Horat. lib. 2. Serm.

Non magis audierit, quam Fusius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis
Mater te appello clamantibus.

Surda aure preces respuentis, cum scopulis marinis.

Horat. lib Ep. Ode 17.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.

Et:

Horat. lib. 3. Carm. Ode 7.

______ nam scopulis surdior Icari
Voces audit adhuc integer.

S V-

SVPERARE.

Superantis alium, cum oliua salicem superante, &c.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ, Virg.
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis: Ecl 5.
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. v. 16.

Superantis æmulum, cum boue ranam superante.

Dispositit daphnona suo Torquatus in agro, Mart.
Castaneas centum seuit Otacilius. lib. 10.
Consul Torquatus vici fuit ille magister, Epig. 79.
Nec minor in tanto visus honore sibi.
Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

SVPERARE, vide ANTECELLERE.

SYLVA.

Syluæ antiquæ & altæ, cum alia eiusdem generis.

Sternitur extemplo veteres incidua ferro Stat. lib.
Sylua comas; larga qua non opulentior vmbra 6. Theb.
Argolicos inter saltúsque eductis Lycæos v. 90.
Extulerat super astra caput.

T

TABESCERE.

Tabescentis ob amicæ absentiam, cum lepore extremas vuas legente & turdo.

Calph. Eclog. 3.
Non sic districta macrescit turdus oliua;
Non lepus extremas legulus cùm sustulit vuas,
Ut Lycidas domina sine Phyllide tabidus erro.

Tabescentis, cum glacie à sole liquefacta.

Ouid. lib. 2. Metam.
Anxia luce gemit, lentaq́ miserrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto saucia sole.
Feliciśq́ bonis aliter non vritur Herses,
Quàm cùm spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neque dant flammas, leniq́ tepore cremantur.

TACERE.

Tacentium, cum canibus apro capto.

Maphæ. in Supp. Æn. v. 133.
——— *verbiśq́ silentia ponens:*
Ceu spumantis apri quando per viscera dentes
Fulmineos canis excepit præstantior omni
Ex numero, tunc infausto perterrita casu
Cætera turba fugit latrantum, atque ore magistrum
Circumstans querulo pauitat, magnóq́ vlulatu
Infremit, ac commota manu dominiq́ iubentis
Ore silet, gemitúmq́ premit, seseq́ coërcet:
Haud aliter Rutuli suppressa voce quierunt.

Tacere-

Tacentium, cum mari tranquillo, &c.

——— & attoniti iussis (mortalia credas
Pectora) sic cuncti vocemq́, animosq́, tenebant.
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Æquor, & imbelli recubant vbi littora somno,
Syluarúmq; comas, & abacto flamine nubes
Mulcet iners æstas: tunc stagna lacúsq; sonori
Detumuere; tacent exhausti solibus amnes.

Stat lib. 3. Theb. v. 253.

Tacentium præ metu, cum auibus tempore hiberno silentibus.

Hàc iter est bellis. gemitu sic quisque latenti
Non ausus timuisse palam; vox nulla dolori
Credita, sed quantum volucres cùm bruma coërcet,
Rura silent, mediúsq; iacet sine murmure pontus:
Tanta quies.

Lucan. lib. 1.

Tacentis re commissa, cum eo qui sacra timet euulgare.

Sed tu iuratis velut alta silentia sacris
Deuotus teneas, perstesq́ in lege tacendi.

Auson. Epist. 9.

TAVRVS.

Taurorum præstantium, cum aliis eiusdem generis.

Non tales quondam species tulit armentorum
Tellus tergemino subdita Geryoni;
Non tales Clitumne lauas in gurgite tauros,

Claud. Epig. 27. in descript. Arméti.

Tarpeio referunt quos pia vota Ioui;
Non tales Tyrias sparsisse iuuencus arenas
Dicitur, optatum quando reuexit onus;
Non Creteus ager, nec amati conscia tauri
Cnossos, nec similes pauerit Ida feras;
Ipse & dispariles monstro diffusus in artus,
Qui crimen matris condidit ore nouo;
Cres puer haud talem potuisset reddere formam,
Portaßent totum si fera membra patrem.

Tauri Herculem vehentis, cum tauro Europes.

Mart. in pręludiis Epig. 15. *Raptus abit media quòd ad æthera taurus arena,*
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.
Vexerat Europen fraterna per æquora taurus:
At nunc Alciden taurus in astra tulit.
Cæsaris atque Iouis confer nunc stemma iuuentus:
Par onus vt tulerint, altiùs iste tulit.

Taurorum igniuomorum, cum fulminibus & ventis.

Flacc. lib. 7. *Cùm subitò attonitis longissima Phasidis vnda,*
Caucaseæq; trabes, omnisq; Æetia tellus
Fulsit, & ardentes stabula effudere tenebras.
Ac velut ex ima si quando nube corusci
Ira Iouis torsit geminos mortalibus ignes;
Aut duo cùm pariter ruperunt vincula venti,
Dantq; fugam: sic tum claustris euasit vterque
Taurus, & immani proflauit turbine flammas
Arduus atque atro voluens incendia fluctu.

Taurorum igniuomorum, cum caminis & silicibus.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant Ouid.
Æripedes tauri, tactæq; vaporibus herbæ lib. 7.
Ardent. utq; solent pleni resonare camini, Metam.
Aut ubi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas voluentia flammas,
Gutturaq; vsta sonant.

TELVM.

Teli sulphurati, cum Meteoro illo, quod dicitur ignis volans.

——— *sed cætera pingui*
Uncta pice atque atro circumlita sulphure fumant. Sil. lib. 1.
Fulminis hæc ritu summis è mœnibus arcis
Incita sulcatum tremula secat aëra flamma.
Qualis sanguineo perstringit lumina crine
Ad terram cælo decurrens ignea lampas.

Teli pectus velociter transfigentis, cum Liburnicis nauibus celeriter progredientibus.

Tranauit, liquidas volucris ceu scinderet auras, Silius
Hasta viri pectus, rupitq; immania membra: lib. 13.
Quanta est vis agili per cærula summa Liburnæ,
Quæ pariter, quoties reuocata ad pectora tonsa

Percussere fretum, ventis fugit ocyor, & se
Quam longa est vno remorum præterit ictu.

Telum vibrantis, cum Ioue ventos immittente.

Stat. lib. 12. v. 660. *Dixit, & emissa præceps iter inchoat hasta.*
Qualis hyperboreos vbi nubilus institit axes
Iuppiter, & prima tremefecit sidera bruma,
Rumpitur Æolia, & longam indignata quietem
Tollit hiems animos, ventosaq; sibilat Arctos:
Tunc montes vndæq; fremunt, tunc prœlia cæsis
Nubibus, & tonitrus, insanaq; fulmina gaudent.

Telorum frequentiæ, cum procellis.

Stat. lib. 10. v. 530. *——— exundant sæuo fastigia nimbo,*
Armataq; vomunt stridentia tela fenestræ:
Qualiter aut Maleam, aut alta Ceraunia supra
Cessantes in nube sedent, nigrisq; leguntur
Collibus, & subitæ saliunt in vela procellæ:
Talis Agenoreis Argiuûm exercitus armis
Obruitur.

TEMPERARE DOLORI.

Temperandum esse dolorem, vt Notus interdum à pluuia sibi temperat.

Horat. Carm. lib. 1. Ode 7. *Albus vt obscuro detergit nubila cælo*
Sæpe Notus, neque parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento

Tri-

Tristitiam, vitaq́ labores
Molli Plance mero.

Temperandum esse dolorem, vt cælum interdum serenum est, & mare tranquillum.

Non semper imbres nubibus hispidos Horat. lib. 2. Carm. Ode 9.
Manant in agros: aut mare Caspium
Vexant inæquales procellæ
Vsq; nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, stat glacies iners
Menses per omnes, aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.
Tu semper vrges flebilibus modis
Mysten ademptum.

Temperandum esse dolorem, vt Nestor fecit & alii.

——— *nec tibi vespero* Horat. ibidem.
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem:
At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ sorores
Fleuere semper. desine mollium
Tandem querelarum.

TEMPESTAS.

Tempeſtatis vnius, cum alia.

Senec.in Hipp. v. 1007.
Tum ſubitò vaſtum tumuit ex alto mare,
Creuitq́ in aſtra; nullus inſpirat ſalo
Ventus, quieti nulla pars cæli ſtrepit,
Placidumq́ pelagus propria tempeſtas agit.
Non tantus Auſter Sicula diſturbat freta,
Nec tam furenti pontus inſurgit ſinu,
Regnante Coro, ſaxa cùm fluctu tremunt,
Et cana ſummum ſpuma Leucatem ferit.

Tempeſtatis vnius, cum alia.

Flacc. lib. 2.
Illam incumbentem per mille volumina pontus
Proſequitur lateri aſſultans, trepidiſq́ ruentem
Littoribus ſua cogit hiems: non fluctibus æquis
Nubiferi venit vnda Noti, non Africus alto
Tantus buat, patriisq́ manus cùm plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.

Tempeſtatis maris, cum tempeſtate aëris.

Flacc. lib. 4.
Vnda laboranteis præceps rotat, ac fuga ponti
Obuia; miſcentur rupes, iamq́ æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illiſa remittunt, &c.
Sic vbi multifidus ruptis è nubibus horror
Effugit, & tenebras nimboſq́ intermicat ignis,
Terrificiq́ ruunt tonitrus, eliſaq́ noctem
Lux dirimit; pauor ora virum, pauor occupat
aures:
Haud ſecius impleuit pontum fragor, effluit imber

Spu-

Spumeus, & magno puppem procul æquore vestit.

Tempestate iactatorum, cum gruibus vento agitatis.

Sed nox sæua modum venti, veliq́ tenorem Lucan. lib. 5.
Eripuit nautis, excussitq́ ordine puppes.
Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Potura te, Nile, grues, primóq́ volatu
Effugiunt varias, casu monstrante, figuras.
Mox vbi percussit tensas Notus altior alas,
Confusos temerè immistæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit dispersis littera pennis.

TEMPVS.

Temporis longitudinem causantis propter spei dilationem, cum aliis similiter sentientibus.

Vt nox longa, quibus mentitur amica; diesq́ Horat. lib. 1. Epist. 1.
Longa videtur opus debentibus; vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt ingrataq́ tempora, quæ spem
Consiliúmq́ morantur agendi gnauiter. id quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè;
Æquè neglectum pueris senibúsq́ nocebit.

Temporis fluentis, cum flumine.

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu, Ouid. lib. 15. Metam.
Non secus ac flumen: neque enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda,

Vrgetúrq; eadem, veniens vrgétq; priorem.
Tempora sic fugiunt pariter, paritérq; sequuntur.

Temporis fluentis, cum vnda.

Ouid. lib. 3. de Arte amandi.

——— eunt anni more fluentis aquæ.
Nec quæ præteriit, rursum reuocabitur vnda,
Nec quæ præteriit hora redire potest.

Temporis effluxi recuperationem frustraneam esse, vt nec prior rota currus attingi possit à posteriori.

Pers. Sat. 5.

——— quid, quasi magnum
Nempe diem donas? sed cùm lux altera venit,
Iam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit vltrà.
Nam quamuis prope te, quamuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere canthum,
Cùm rota posterior curras, & in axe secundo.

Temporis & loci rationem in rebus omnibus habendam esse, cum collectione fructuum.

Boëth. lib. 1. Metr. 6.

Cùm Phœbi radiis graue
Cancri sidus inæstuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis semina credidit
Elusus Cereris fide:
Quernas pergat ad arbores,
Nunquam purpureum nemus

Lectu-

Lecturus violas petas,
Cùm sæuis Aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec quæras auida manu
Vernos stringere palmites,
Vuis si libeat frui.
Autumno potiùs sua
Bacchus munera contulit .&c.
Sic quod præcipiti via
Certum deserit ordinem,
Lætos non habet exitus.

TERGERE.

Tergentis Christi seu delentis peccata nostra, cum sole tenebras dissipante.

Qualiter in medias cùm lux præclara tenebras Sedull.
Funditur, & proprio non obfuscata sereno
Decutit expulsas illæsis vultibus vmbras:
Sic delicta fugans Saluator nostra gerendo
Tersit, & a tactu procul euanescere iussit.

TERRA.

Terræ inæqualis, cum aceruo lapidum, &c.

——— *deseditq; infima tellus,* Virg. in Ætna, v. 103.
Sed totis rimosa cauis; & qualis aceruus
Exsilit imparibus iactis ex tempore saxis,
Vt crebro intorsus spatio vacuata corymbos
Pendeat in sese: simili quoque terra figura

In tenues laxata vias, non omnis in arctum,
Nec stipata coit.

Terræ incultæ, cum Libya.

______ Adriacas tellus quæ interiacet vndas,
Claud. lib. 2. in Ruf. v. 39. *Squalet inops pecudum nullis habitata colonis,*
Instar anhelantis Libyæ, quæ torrida semper
Solibus humano nescit mansuescere cultu.

Terræ fertilis, cum Capuana & Vesuuina terra.

Virg. lib. 2. Georg. v. 211. *Quæ tenuem exhalat nebulam fumósque volucres,*
Et bibit humorem, & cùm vult, ex se ipsa remittit,
Quæque suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos;
Illa ferax oleæ est; illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Vesæuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus acerris.

Terræ herbas producentis, cum corpore pilos & pennas producente.

Lucret. lib. 5. *Vt pluma atque pili primùm setæque creantur*
Quadrupedũ membris, & corpore pennipotentum:
Sic noua tum tellus herbas virgultaque primùm
Sustulit.

Terræ

Terræ motus à Plutone excitati, cum alio à Neptuno excitato.

Non tulit ille moras, indignatúsq; trabali — Claud. lib. 2. de Rapt. v. 172.
Saxa ferit sceptro. Siculæ sonuere cauernæ, &c.
Sic cùm Thessaliam scopulis inclusa teneret
Peneo stagnante palus, & mersa negaret
Arua coli, trifida Neptunus cuspide montes
Impulit aduersos: tum forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo;
Carceribus laxantur aquæ, fractóq; meatu
Redduntur fluuiiq; mari, tellúsq; colonis.

TERRERE.

Terrentis hostes, cum fulmine & tonitru.

Tum Libys inuadit mixtæ certamina pugnæ, — Silius lib. 17. v. 477.
Conuertitq; ruens per longum hostilia terga:
Vt cùm fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant, summíq; domus labat alta parentis;
Omne hominum in terris trepidat genus, ipsáq; oborta
Lux atrox micat, & præsens adstare viritim
Creditur intento perculsis Iuppiter igne.

Terrentis hostes, cum fluctibus & Cauro nautas terrentibus.

Præcipiti dant tela viam, dant signa, viríque, — Sil. lib. 1. v. 465.
Atque ambæ trepidant acies; iacit igneus hastæ
Dirum lumen apex, ac latè fulgurat vmbo.

Qualis

Qualis vbi Ægæo ſurgente ad ſidera ponto
Per longum vaſto Cori cum murmure fluctus
Suſpenſum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tremunt; ſonat ille procul, flatuq́; tumeſcens
Curuatis pauidas tranſmittit Cycladas vndis.

TESTIS.

Teſtis probati, cum Scipione Naſica.

Iuuenal. lib. 1. Sat. 3. *Da teſtem Romæ tam ſanctum, quàm fuit hoſpes*
Numinis Idæi.

THALAMVS.

Thalami pulchri, cum thalamo Pelopis & Bacchi.

Claud. in Nupt. Honor. v. 213. ——— *thalamum docto componite textu,*
Stamine gemmato, picturatiſq́; columnis
Ædificetur apex: qualem non Lydia ſæuo
Erexit Pelopi; nec quem ſtruxere Lyæo
Indorum foliis & opaco palmite Bacchæ.

THERMÆ.

Thermarum Etruſci, cum variis aquis.

Mart. lib. 6. Epig. 42. *Etruſci niſi thermulis laueris,*
Illotus morieris Oppiane.
Nulla ſic tibi blandientur vndæ,
Nec fontes Aponi rudes puellis;
Non mollis Sinueſſa, feruidiq́;
Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur,

Non

Non Phœbi vada, principesq; Baiæ.

TIGRIS.

Tigrium multitudinis in circo Romano, cum earundem multitudine in India.

Non tot in Eois timuit Gangeticus aruis Mart. lib. 8. Epig. 26.
Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo:
Quot tua Roma nouas vidit Germanice tigres,
Delicias potuit nec numerare suas.
Vidit Erythræos tua, Cæsar, arena triumphos,
Et victoris opes, diuitiasq; Dei.
Nam cùm captiuos ageret sub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

TIMERE & TIMIDVS.

Timidorum & eminus pugnantium, cum canibus timidis apro allatrantibus.

Ac velut ille canum morsu de montibus altis Virg. lib. 10. v. 707.
Actus aper (multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq; palus Laurentia) sylua
Pastus arundinea, postquam inter retia ventũ est,
Substitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, propiúsue accedere virtus;
Sed iaculis tutisq; procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè & vasto clamore lacessunt.

Timo-

Timore perculsi, cum Siculis timentibus æstum maris.

Stat. lib. 10. v. 613.

——— *stupet anxius alto*
Corda metu glaciante pater: Trinacria qualis
Ora repercussum Libyco mare sumit ab æstu.

Timentium cum iis, qui Eumenides viderunt.

Flacc. lib. 2.

Tantùm oculos pressere metu, velut agmina cernant
Eumenidum, ferrumq; super Bellona coruscet.

Timentis, cum agna præsente lupo aut lepore coram canibus.

Ouid. lib. 5. Metam.

Quid mihi tunc animi misera fuit? ánne quod agna,
Si qua lupos audit circùm stabula alta frementes;
Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum, nullosq; audet dare corpore motus?

Timentis omnia, cum pisce semel ab hamo læso, &c.

Ouid. lib. 2. de Ponto.

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat;
Sæpe canem visum longè fugit agna, lupumq;
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem;
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
Vanaq; sollicitis incitat vmbra metum:

Sic

Sic ego fortunæ telis confixus iniquis
Pectore concipio nil nisi triste meo.

Timentis & fugientis, cum cerua circumuenta à lupis.

Talia cernenti mihi quantus in ossibus horror, Stat.lib. 5.v.164.
Quísue per ora color? qualis cùm cerua cruentis
Circumuenta lupis, nullum cui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia cursu,
Præcipitat suspensa fugam, iam-iamq́; teneri
Credit, & elusos audit concurrere morsus.

Timentis inuadere hostem, cum apro vulnerato.

Ille tamen nec stare loco, nec cominus ire Stat. lib. 8.Theb. v. 529.
Ampliùs, aut vultus audet perferre cruenti
Tydeos. ægra animo vis ac fiducia cessit:
Qualis setigeram Lucana cuspide frontem
Strictus aper, penitus cui non infossa cerebro
Vulnera, nec felix dextræ tenor, in latus iras
Frangit, & expertæ iam non venit obuius hastæ.

Timentis, cum expiatore.

Hæc memorans instante fugam Stilicone tetendit Claud. de 6. Conf. Honor. v.320.
Expertas horrens aquilas. comitatur euntem
Pallor, & atra fames, & saucia liuidùs ora
Luctus, & inferno stridentes agmine morbi.
Lustralem sic triste facem cui lumen odorum
Sulphure cæruleo nigroq́; bitumine fumat,

Cir-

Circùm membra rotat doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens, & dira fugantibus herbis
Numina, terrificumq; Iouem, Triuiamq; precatus
Trans caput auersus manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula tedas.

Timentis hostis aduentum, cum cycno timente aquilam.

Stat. lib. 9. Theb. v. 9. *Et sibi cum torua clypei metuendus obarsit*
Luce Drias; tremor ora repens ac viscera torsit
Arcados. vtq; feri vectorem fulminis albus
Cùm suprà respexit olor, cupit hiscere ripam
Strymonos, & trepidas in pectora contrahit alas:
Sic iuuenem saui conspecta mole Driantis
Iam non ira subit, sed leti nuntius horror.

Mulierum timentium fragorem lituorum, cum auibus subitò nimbos timentibus.

Flacc. lib. 6. *Dixerat: ast illa murorum extrema capeßunt,*
Defixaq; virûm lituûmq; fragoribus horrent:
Quales instanti nimborum frigore mæsta
Succedunt ramis, hærentq; pauore volucres.

Timentis inuadere hostem, cum leone taurum vidente.

Sil. lib. 5. *Iamq; aderat, clypeumq; viri atque immania membra*

Lu-

Lustrabat visu, propiorq́; a fronte corusca
Lux galeæ sæuas paullum tardauerat iras.
Haud secus è specula præceps delatus opaca
Subsidens campo submissos contrahit artus,
Cùm vicina trucis conspexit cornua tauri,
Quamuis longa fames stimulet, leo nunc ferus alta
Surgentes ceruice toros, nunc torua sub hirt[illegible]
Lumina miratur fronte, ac iam signa mouentem,
Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.

Timore in fugam se vertentium, cum iis, qui domo incensa fugiunt.

——— formidinis huius
Plena acies properè retrò exanimata ruebat: Silius lib. 17.
Haud secus ac tectis vrbis Vulcania pestis
Cùm sese infudit, rapidusq́; incendia flatus
Ventilat, & volucres spargit per nubila flammas,
Attonitum erumpit subita formidine vulgus,
Lateq́; vt capta passim trepidatur in vrbe.

Timentis insidias, cum lupo, accipitre, miluio.

Nec furtum feci, nec fugi; si mihi dicat Horat. lib. 1. Epist. ad Quinct.
Seruus: habes pretium, loris non vreris, aio.
Non hominem occidi; non pasces in cruce coruos.
Sum bonus & frugi; renuit, negat atque Sabellus.
Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq́;
Suspectos laqueos, & opertum miluius hamum.

Timentium, cum iis, qui oppugnatam vrbem defendunt.

Ouid. ——— *trepidant haud segniùs omnes,*
lib. 11.
Metam. *Quam solet vrbs, aliis murum fodientibus extrà,*
Atque aliis murum trepidare tenentibus intus.

Timentis hostes circumpositos, cum ceruo & agna.

Ouid. *Vtq; fugax auidis ceruus deprensus ab vrsis,*
lib. 3. *Cinctáue montanis vt pauet agna lupis:*
Trist. *Sic ego belligeris a gentibus vndique septus*
Eleg. 11. *Terreor, hoste meum pene premente latus.*

Timentis periculum euitatum, cum columba, agna, &c.

Ouid. *Forsitan exspectes, an in alta palatia missum*
lib. 1. *Scandere te iubeam, Cæsareamq; domum?*
Trist. *Ignoscant augusta mihi loca, Diiq; locorum:*
Eleg. 1. *Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.*
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo qui nocuere Deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba
Vnguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Nec procul a stabulis audet discedere, si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum Phaëthon, si viueret, & quos
Optauit stultè, tangere nollet equos.
Me quoque quæ sensi fateor Iouis arma timere:

Me

Me reor, infesto cùm tonat igne peti.
Quicunque Argolica de classe Capharea fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis:
Et mea cymba semel vasta percussa procella,
Illum, quo læsa est, horret adire locum.

Timentium leui de causa, cum pueris omnia in tenebris timentibus.

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis Lucret. lib. 2.
In tenebris metuunt: sic nós in luce timemus
Interdum nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, fingunté futura.

Timendi ab omnibus, cum tigride, dipsade, scorpio, &c.

Occurrit tibi nemo quòd libenter, Mart. lib. 3. Epig. 44.
Quòd, quacunque venis, fuga est, & ingens
Circa te, Ligurine, solitudo:
Quid sit, scire cupis? nimis Poëta es.
Hoc valdè vitium periculosum est.
Non tigris catulis citata raptis;
Non dipsas medio perusta sole;
Non sic scorpius improbus timetur.

TOGA.

Togæ albæ, cum niuibus.

Quæq́; Tyron toties epotauere lacernæ, Mart. lib. 2. Epig. 29.
Et toga non tactas vincere iussa niues.

Togæ pulchræ, cum liliis, ligustris, &c.

Mart. lib. 8. Epig. 28.

Dic toga, facundi gratum mihi munus amici,
Esse velis cuius fama decusq́ gregis?
Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti,
Qua saturat Calabris culta Galesus aquis?
An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi
Bætis in Hesperia te quoque lauit aqua?
An tua multifidum numerauit lana Timauum,
Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?
Te nec Amyclæo decuit liuere veneno,
Nec Miletus erat vellere digna tuo.
Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedit olor, Paphiæq́ columbæ,
Cedit Erythræis eruta gemma vadis.
Sed licèt hæc primis niuibus sint æmula dona,
Non sunt Parthenio candidiora suo.
Non ego prætulerim Babylonica picta superbè
Texta, Semiramia quæ variantur acu;
Non Athamantæo potiùs me mirer in auro,
Æolium dones si mihi, Phryxe, decus.
O quantos risus pariter spectata mouebit
Trita Palatina vestra lacerna toga.

TONSOR & TONSVS.

Tonsoris lædentis, cum Cybeles sacerdotibus, & aliis.

Qui nondum Stygias descendere quærit ad vndas,
Ton-

Tonſorem fugiat, ſi ſapit, Antiochum. Mart. lib. 11. Epig. 85.
Alba minùs ſæuis lacerantur brachia cultris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.
Mitior implicitas Alcon ſecat enterocelas,
Fractaq́ fabrili dedolat oſſa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos & Stoica menta,
Collaq́ puluerea nudet equina iuba.
Hic miſerum Scythica ſub rupe Promethea radat,
Carnificem nudo pectore paſcat auem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Mænadas Orpheus,
Antiochi tantùm barbara tela ſonent.

Tonſi pulchri, cum Pelope detonſo.

Nolueram, Polytime, tuos violare capillos: Mart. lib. 12. Epig. 68.
Sed iuuat hoc precibus me tribuiſſe tuis.
Talis eras modò tonſe Pelops, poſitisq́ nitebas
Crinibus, vt totum ſponſa videret ebur.

TRAHERE.

Tracti hinc inde cadaueris, cum naui tempeſtate iactata.

Ter Cadmea phalanx toruum abduxere cadauer, Stat. lib. 9. Theb. v. 140.
Terq́ trahunt Danai. Siculi velut anxia puppis
Seditione maris nequicquam obſtante magiſtro
Errat, & aduerſo redit in veſtigia velo.

TRANSFIGVRATA.

Veneris in Circen transfiguratæ, cum ipsa Circe.

Val. Fla. lib. 7. v. 210.
——ecce toro Venus improuisa resedit,
Sic vt erat mutata, Deam mentitaq; pictis
Vestibus, & magica Circen Titanida virga,
Ipsa velut lenti fallatur imagine somni,
Sic oculos incerta tenet, magniq; sororem
Paulatim putat esse patris; tum flebile gaudens
Prosilut, sæuaq; vltro tulit oscula diuæ:

TRANSPARERE.

Transparentis fluminis, cum aëre.

Auson. 10. Edyl.
Spectaris vitreo per leuia terga profundo,
Secreti nil amnis habens. vtq; almus aperto
Panditur intuitu liquidis obtutibus aër;
Nec placidi prohibent oculos per inania venti:
Sic demersa procul durante per intima visu
Cernimus, arcaniq; patet penetrale fluenti.

Transparentis in aqua, cum ebore, aut liliis in vitro.

Ouid. lib. 4. Metam.
Ille canis velox applauso corpore palmis
Desilit in latices, alternaq; brachia iactans
In liquidis transflucet aquis, vt eburnea si quis
Signa tegat, claro vel candida lilia vitro.

TRES PUGNANTES.

Trium pugnantium, cum Geryone.

Tres claustra aequaeuo seruabant pectore fratres, Silius lib. 13. v. 191.
Queis delecta manus, centeni cuique ferebant
Excubias, vnaq́; locum statione tenebant.
Forma ex his Numitor; cursu plantaq́; volucri
Praestabat Laurens; membrorum mole Laburnus.
Sed non vna viris tela: hic mirabilis arcu;
Ille hastam quatere, & medicata cuspidis ictu
Praelia moliri, & nudo non credere ferro.
Tertius aptabat flammis ac sulphure tedas.
Qualis Atlantiaco memoratur littore quondam
Monstrum Geryones immane tricorporis irae,
Cui tres in pugna dextrae varia arma gerebant:
Vna ignes saeuos, ast altera ponè sagittas
Fundebat, validam torquebat tertia cornum,
Atque vno diuersa dabat tria vulnera nisu.

TREMERE & TREMOR.

Trementis timore non planè excusso, cum aqua post tempestatem tumente.

Vagus per artus errat excussos tremor; Senec. in Herc. Oet. v. 707.
Erectus horret crinis, impulsis adhuc
Stat terror animis, & cor attonitum salit,
Pauidumq́; trepidis palpitat venis iecur.
Vt fractus Austro pontus etiamnum tumet,
Quamuis quiescat languidis ventis dies:
Ita mens adhuc vexatur excusso metu.

Trementis, cum agna excussa ex ore lupi, &c.

Ouid. lib. 6. Metam. *Illa tremit velut agna pauens, quæ saucia cani*
Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur;
Vtq; columba suo madefactis sanguine plumis
Horret adhuc, auidosq; timet, quibus hæserat, vngues.

Trementis, cum aristis & canna.

Ouid. lib. 1. Amor. *Horruit vt steriles, agitat quas ventus aristas;*
Vt leuis in madida canna palude tremit.

Trementis, cum agna iacente sub lupo.

Ouid. lib. 2. Fast. v. 799. *Sed tremit, vt quondam stabulis deprensa relictis*
Parua sub infesto cum iacet agna lupo.

Trementis, cum segetibus vento agitatis.

Ouid. Epist. 10. *Corpus, vt impulsæ segetes Aquilonibus, horret,*
Litteraq; articulo pressa tremente labat.

Trementis, cum aristis & arboribus vento agitatis.

Ouid. Epist. 14. *Vtq; leui Zephyro graciles vibrantur aristæ;*
Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut sic, aut etiam tremui magis.

Tremen-

Trementis, cum mari tenui vento agitato, & virga fraxinea.

Vt mare fit tremulum, tenui cùm stringitur aura; Ouid. Epist. 11.
Vt quatitur tepido fraxina virga Noto:
Sic mea vibrari pallentia membra videres;
Quassus ab imposito corpore lectus erat.

Tremoris terræ, cum eo, quem excitauit Iuppiter Phlægram percutiens.

Ipse rotis gemit intus ager, tremebundaq; pulsu Flacc. lib. 6.
Nutat humus: quatit vt sæuo cum fulmine Phlægram
Iuppiter, atque imis Typhoea verberat aruis.

SS. TRINITAS.

SS. Trinitatis, cum sole tres effectus habente.

Vna per immensam cæli caueam resolutos Prudēt. lib. Hamartigeniæ, v. 134.
Præbet flamma dies; rexit sol vnicus annum:
Triplex ille tamen nullò discrimine trina
Subnixus ratione viget: splendet, volat, ardet.
Motu agitur, feruore cremat, tum lumine fulget.
Sunt tria nempe simul, lux, & calor, & vegetamen:
Vna eademq; tamen rota sideris indiscreti
Fungitur his; vno seruat tot munera ductu,
Et tribus vna subest mistim substantia rebus.
Non conferre Deo velut æquiparabile quicquam
Ausim, nec domino famulum componere signum:

Ex minimis sed grande suum voluit pater ipse
Coniectare homines, quibus ardua visere non est.

TRISTIS.

Tristis lætari nescientis, cum Priamo, & Niobe, &c.

Ouid. lib. 5. Trist. Eleg. 13.
Nostra per aduersas agitur fortuna procellas:
Sorte nec vlla mea tristior esse potest.
Exigis, vt Priamus natorum funere ludat,
Et Niobe festos ducat vt orba choros.
Luctibus an studio videor debere teneri,
Solus in extremos iussus abire Getas?
Des licèt inualido pectus mihi robore fultum,
Fama refert Anyti quale fuisse rei:
Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ;
Plus valet humanis viribus ira Dei.

Tristis à lætitia abhorret, vt cæcutientes ab insueto sole.

Ouid. lib. 3. de Ponto.
Vtq; reformidant insuetum lumina solem:
Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.

TRIVMPHARE.

Triumphantis Imperatoris, cum Baccho.

Claud. in 4. Consf. Honor. v. 602.
Hoc si Mæonias cinctu graderere per vrbes,
In te pampineos proferret Lydia thyrsos,
In te Nysa choros: dubitarent Orgia Bacchi,
Cui furerent; irent blandæ sub vincula tigres.

Talis

Talis Erythræis intextus Nebrida gemmis
Liber agit currus, & Caspia flectit eburnis
Colla iugis. Satyri circùm crinemq́; soluta
Mænades astringunt hederis victricibus Indos.
Ebrius hostili velatur palmite Ganges.

Triumphantis, cum Marte triumphante.

——— Latii sederunt pectore cultus,
Loricaq́; locum decuit toga. talis ab Istro Claud. lib. 2 de laud. Sti. v. 366.
Vel Scythico victor rediens Gradiuus ab axe
Deposito mitis clypeo, candentibus vrbem
Ingreditur trabeatus equis; spatiosa Quirinus
Frena regit, currumq́; patris Bellona cruentat
Diuitibus exuuiis; tendentem ad sidera quercum
Præcedit; lictorq́; Metus cum fratre Pauore
Barbara ferratis innectunt terga catenis,
Velati galeas lauro, propiusq́; iugales
Formido ingentem vibrat succincta securim.

Triumphantis, cum aliis Ducibus triumphantibus.

Non alium certè Romanæ clariùs arces Idē lib. 3. de laud Sti. v. 30.
Suscepere ducem: nec cùm cedente rediret
Fabricius Pyrrho, nec cùm Capitolia curru
Pellææ domitor Paullus conscenderet aulæ.
Nec similis Latias patefecit gloria portas
Post Numidas Mario, post classica Martis Eoi
Pompeio.

Scipio.

Scipionis triumphantis, cum Baccho & Hercule triumphantibus.

Silius lib.17.
Ipse adstans curru atque auro decoratus & ostro
Martia præbebat spectanda Quiritibus ora:
Qualis odoratis descendens Liber ab vndis
Egit pampineos frenata tigride currus:
Aut cùm Phlegreis confecta mole Gigantum
Incessit campis tangens Tirynthius astrâ.

TVERI.

Tuentis cadauer, cum vacca iuuencum defendente.

Stat.lib. 9.Theb. v.114.
——— corpus seruans circumq; supraq;
Vertitur. imbellem non sic amplexa iuuencum,
Infestante lupo, cùm primùm fœta tuetur
Mater, & ancipiti circumfert cornua gyro:
Ipsa nihil metuens, sexusq; oblita minoris
Spumat, & ingentes imitatur femina tauros.

TVMEFACTVS.

Tumefacti corporis, cum aqua exundante.

Lucan. lib. 9.
——— super omnia membra
Efflatur sanies; latè tollente veneno,
Ipse latet penitus congesto corpore morsus,
Nec lorica tenet distenti corporis auctum.
Spumeus accenso non sic exundat aheno
Vndarum cumulus, nec tanto carbasa Coro
Curuauere sinus.

Tume-

Tumefactæ terræ, cum vesica vento inflata.

Extentam tumefecit humum, ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis
Terga capri. tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longoq; induruit æuo.

Ouid. lib. 15. Metam.

TVMVLTVS.

Tumultus in ruentibus, cum tumultu infernali.

Inde etiam par mortis honos; tumulisq; recepti
Inter auos positusq; virûm. nam pectora ferro,
Terribilesq; innexa iubas ruit agmine nigro
Latratuq; cohors: quanto sonat horrida Ditis
Ianua, vel superas Hecates comitatus ad auras.

Flacc. lib. 6.

Tumultus conuiuii, cum mari ventis agitato.

——— *qui fera nunties arma,*
Inq; repentinos conuiuia versa tumultus
Assimilare freto possis, quod sæua quietum
Ventorum rabies motis exasperat vndis.

Ouid. lib. 5. Metam.

TVRPARE.

Turpantis bona carmina malorum adiunctione, cum iis, qui vilia pretiosis miscent.

Vna est in nostris tua, Fidentine, libellis

Mart. lib. 1. Epig. 51.

Pagina, sed certa domini signata figura,
Quæ tua traducit manifesto carmina furto.
Sic interpositus vitio contaminat vncto
Vrbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus;
Sic Aretina violant crystallina testæ;
Sic niger, in ripis errat cùm fortè Caystri,
Inter Ledæos ridetur coruus olores;
Sic vbi multisona feruet sacer Atthide lucus,
Improba Cecropias effundit pica querelas.

TVRPIS.

Turpium, cum viatore puluere obsito.

Virg. lib. 4 Georg. v. 96. *Namque aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto*
Cum venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus.

TYRANNVS.

Tyranni cum aliis tyrannis.

——— iuuenum rorantia colla
Claud. lib. 1. in Ruf. v. 246. *Ante patrum vultus stricta cecidere securi.*
Ibat grandæuus nato moriente superstes
Post trabeas exsul. quis prodere tanta relatu
Funera, quis cædes posset deflere nefandas?
Quid tale immanes vnquam gessisse feruntur
Vel Scinis Isthmiaca pinu, vel rupe profunda
Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi! Busiridis aræ
Clementes! iam Cinna pius, iam Spartace lenis
Rufino collatus eris.

Tyranni

Tyranni prohibentis flere, cum Phalaride & Achille, qui in hac re mitiores fuerunt.

Interea nostri quid agant nisi triste libelli? Ouid. lib. 5. Trist. Eleg. 1.
Tibia funeribus conuenit ista meis.
At poteras, inquis, melius mala ferre silendo,
Et tacitos casus dissimulare tuos.
Exigis vt nulli gemitus tormenta sequantur:
Acceptoq́; graui vulnere flere vetas.
Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, & bouis ore queri.
Cum Priami lacrymis offensus non sit Achilles,
Tun' fletus inhibes, durior hoste, meos?
Cum faceret Nioben orbam Latonia proles,
Non tamen & siccas iussit habere genas.
Est aliquid fatale mali per verba leuare:
Hoc querulam Prognen Halcyoneq́; facit.
Hoc erat in gelido quare Pœantius antro
Voce fatigaret Lemnia saxa sua.
Strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus,
Cogitur & vires multiplicare suas.

Tyranni cum peste.

Ac velut infecto morbus crudescere cælo Claud. lib. 1. in Ruf v. 301.
Incipiens primò pecudum depascitur artus,
Mox populos vrbesq́; rapit, ventisq́; perustis
Corruptos Stygiam pestem desudat in amnes:
Sic auidus prædo iam non per singula sæuit,
Sed sceptris inferre minas, omniq́; perempto

Milite

Militie Romanas audet prosternere vires.

Tyranni cum variis monstris.

Idē ibidem, v. 293. *Hoc neque Geryon triplex, nec turbidus orci*
Ianitor æquabat; nec si concurrat in vnum
Vis Hydræ, Scyllæq; fames, & flamma Chimeræ.

TYRO.

Tyronis cum Marte puero.

Claud. de 4. Conf. Honor. v. 523. *Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro*
Squameus, & rutilus cristis, & casside maior!
Sic cùm Threicia primùm sudaret in hasta,
Flumina lauerunt puerum Rhodopeia Martem.

V

VACILLARE.

Vacillantium, cum nemore vento agitato.

Sil. lib. 5. *Fluctuat infelix concusso stipite turba:*
Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronde super tremula vix tota cacuminis hærens
Luctatur, nido pariter luctante, volucris.

VAGARI.

Vagantis hinc inde, cum Mæandro fluuio.

Sil. lib. 7. *Nunc nocturna parat cæca celantibus vmbris*
Furta viæ, retroq; aditum, fictosq; timores

Assimilat; nunc castra citus deserta relicta
Ostentat præda, atque inuitat prodigus hostem.
Qualis Mæonia passim Mæandrus in ora,
Cum sibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.

Vagantium cum Io.

Illa domum atque ipsos paullum procedere postes Flacc. lib. 7.
Optat, & ardentes tenet inter lumina gressus.
Qualis vbi extremas Io vaga sentit arenas,
Fertq; refertq; pedem, tumido quem cogit Erinnys
Ire mari, Phariaq; vocant trans æquora matres:
Circuit haud aliter, foribusq; impendet apertis,
An melior Minyas reuocet pater, oraq; quærens
Hospitis aut solo mæret deiecta cubili,
Aut fugit in caræ gremium refugitq; sororis.

Vagantium & fugientium, cum apibus amisso rege.

Diffugiunt Tyrij, quò quemque agit error, vt olim Ouid. lib. 3. Fast. v. 553.
Amisso dubiæ rege vagantur apes.

Vagantis, cum iuuenca iugum vitante.

Furibunda simul, anhelans, vaga vadit, animo egens, Catul. de Berecyn. & Atr.
Comitata tympano Atys per opaca nemora dux,
Veluti iuuenca vitans onus indomita iugi.

Vagantis & furentis cum tigride catulis orbata.

Hucfert pedes & illuc,

Senec. in Medea, v. 862.

Vt tigris orba natis
Cursu furente lustrat
Gangeticum nemus: sic
Frenare nescit iras
Medea, non amores.

VANITAS.

Vanitatis mundi, cum volucri & sagitta.

Prudét. lib. Hamartigeniæ, v. 599.

Parthica non æquè ventos transcurrit arundo,
Cuius iter nullus potis est comprendere visus.
Præpes enim volucris dum pennis transuolat auras,
Improuisa venit, nec stridor nuntiat antè
Aduentum leti, quàm pectoris abdita rumpat,
Securam rapiens medicato vulnere vitam.
Sed magis aligera est, magis & medicata sagitta,
Quam iacit vmbrosi dominatio lubrica mundi,
Eludens excussa oculos, calamiq; volantis
Præpete transcursu cordis penetralia figens.

VASTARE.

Vastantis omnia, cum Aeolo.

Claud. lib. 2. in Ruf. v. 22.

Hæc fatus, ventis veluti si frena remittat
Aeolus, abrupto gentes sic obiyce fudit,
Laxauitq; viam bellis, & nequa maneret
Immunis regio, cladem diuisit in orbem,
Disposuitq; nefas. alij per terga ferocis
Danubij solidata ruunt, expertaq; remos
Frangunt stagna rotis: alij per Caspia claustra
Arme-

Armeniasq́, niues inopino tramite ducti
Inuadunt Orientis opes, &c.

Vaſtatio ſyluarum, cum vrbe dirpta.

——— linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana Pales, Syluanusq́, arbiter vmbræ, Stat. lib. 6. v. 110.
Semideumq́, pecus. migrantibus aggemit illis
Sylua, nec amplexæ dimittunt robora Nymphæ.
Vt cùm poſſeſſas auidis victoribus arces
Dux raptare dedit, vix ſigna audita, nec vrbem
Inuenias; ducunt, ſternuntq́, abiguntq́, feruntq́,
Immodici. minor ille fragor quo bella geruntur.

Vaſtantis omnia, cum flamma & Euro.

Dirus per vrbes Afer vt Italas, Horat. lib. 4. Ode 4.
Ceu flamma per tedas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.

VATES.

Vatis multa præſcientis, cum Mercurio, Iride, Fama.

Mille etiam pranoſſe vices: an merſerit agros Stat. lib. 5. Sylu. v. 99.
Nilus; an imbrifero Libye ſudauerit Auſtro.
Cunctaq́, ſi numerem, non plura interprete virga
Nuntiat è celſis ales Tegeaticus aſtris;
Quæq́, cadit liquidas Iunonia virgo per auras,
Et picturato pluuium ligat aëra gyro;
Quæq́, tuas, laurus volucri Germanice curſu
Fama vehit prægreſſa diem, tardumq́, ſub aſtris

Arcada, & in medio linquit Thaumantida cælo.

Vatis furore correptæ, cum aliis eiuſdem generis.

Lucan. lib. 5.

——bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, vittasq́ Dei, Phœbaeaq́ serta
Erectis diſcuſſa comis per inania templi
Ancipiti ceruice rotat, &c. vide textum.
Talis in Euboico vates Cumana receſſu,
Indignata ſuum multis ſeruire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum ſtrage ſuperba
Excerpſit Romana manu: ſic plena laborat
Phœmonoë Phœbo, dum te conſultor operti
Caſtalia tellure Dei vix inuenit Appi,
Inter fata diu quærens tam magna latentem.

VELLVS AVREVM.

Velleris aurei, cum nube ſplendente & Iride.

Flacc. lib. 8.

Cuius adhuc rutilam ſeruabant brachia pellem
Nubibus accenſis ſimilem; aut cùm veſte recincta
Labitur ardenti Thaumantias obuia Phœbo.

VENATOR & VENATRIX.

Venatoris cum Meleagro.

Mart. in prælud. Epig. 14.

Summa tuæ Meleagre fuit quæ gloria famæ?
Quantula Carpophori gloria, fuſus aper.
Ille & præcipiti venabula condidit vrſo,

Pri-

Primus in Arctoi qui fuit arce poli;
Strauit & ignota spectandum mole leonem,
Herculeas potuit qui decuisse manus;
Et volucrem longo porrexit vulnere pardum,
Præmia cum laudũ ferre & adhuc poterat.

Venatricis cum Harpacile.

Cui mater media sese tulit obuia sylua, Virg.
Virginis os habitumq́ gerens, & virginis arma lib. 1.
Spartanæ; vel qualis equos Threissa fatigat Æn. v.
Harpacile, volucremq́ fuga præuertitur Hebrum. 318.
Namque humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatq́ comas diffundere ventis.
Nuda genu; nodoq́ sinus collecta fluentes.

Venatricis, cum virginibus Thraciis.

——— *& saltus, & anhelum impellere planta* Sil. lib. 2.
Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.
Quales Threiciæ Rhodopen, Pangæaq́ lustrant
Saxosis nemora alta iugis, cursuq́ fatigant
Hebrum innupta manus; spreti Ciconesq́, Getæq́,
Et Rhæsi domus, & lunatis Bistones armis.

Venatione certantis, cum certante quadrigis.

——— *maiora secat spatia extera gyro.*
Atque hic egressu iam tum sine fraude reperto Gratius
Incubuit spatiis: qualis permissa Lecheis in Cynegetico.

Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum
Excitat, & prima spes ambitiosa coronæ.

VENEFICA.

Veneficæ cum Medea.

Horat. lib. Epo. Ode 3.

Quid hoc veneni sæuit in præcordiis?
Num viperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est Ducem,
Ignota tauris illigaturum iuga
Perunxit hoc Iasonem.

VENENVM.

Veneni letalis, cum toxico.

Lucan. lib. 9.

At tibi Læue miser fixus præcordia pressit
Niliaca serpente cruor, nulloq; dolore
Testatus morsus subita caligine mortem
Accipis, & Stygias somno descendis ad vmbras.
Non tam veloci corrumpunt pocula leto,
Stipite quæ diro virgas mentita Sabæas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

Veneni à sole accensi & liquefacti, cum niuibus ab Euro solutis, &c.

Senec in Herc Oet. v. 726.

Medios in ignes solis, & claram facem,
Quo tincta fuerat palla, vestisq; illita,
Abiectus horret sanguis, & Phœbi coma

Tepe-

Tepefactus ardet. vix queo monstrum eloqui:
Niues vt Eurus soluit, aut tepidus Notus,
Quas vere primo lubricus perdit Mimas;
Vtque euolutos frangit Ionio salo
Opposita fluctus Leucas, & lassus tumor
In littore ipso spumat, aut cælestibus
Aspersa tepidis tura laxantur focis:
Sic languet omne virus, & perdit comam.

VENERARI.

Venerantium Imperatorem, cum apibus Ducem colentibus.

——— nostro non debes regna fauori, Claud. in Panegyr. de 4. Conf. Honor. v. 378.
Quæ tibi iam natura dedit. sic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Nascentem venerantur apes, & publica mellis
Iura petunt, traduntque fauos.

VENTVS.

Venti sonantis in angustiis, cum buccina, &c.

Nam veluti resonante diu Tritone canoro Virg. in Ætna, v. 292.
Pellit opes collectus aqua, victusque mouere
Spiritus, & longas emugit buccina voces;
Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam subremigat vndam:

Haud aliter submota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, & magnum commurmurat
Ætna.

Ventorum cum fluminibus.

Lucret. lib. 1.
Sic igitur debent venti quoque flamina ferri,
Quæ, veluti validum flumen, cum procubuere,
Quamlibet in partem trudunt res antè, ruuntq́;
Impetibus crebris; interdum vortice torto
Corripiunt, rapidiq́; rotanti turbine portant.

VERBERARE.

Verberantis alterum crebris ictibus, cum grandine in montes decidente.

Virg. lib. 5. v. 458.
Nec mora, nec requies: quàm multa grandine nimbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber vtraque manu pulsat versatq́; Dareta.

Verberantium se mutuò crebris ictibus, cum grandine & telis.

Stat. lib. 1. v. 418.
Iam crebros ictus ora & caua tempora circùm
Obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Riphaeæ, flexoq́; genu vacua ilia tundunt.

Veritas

Veritas turbato animo cerni non poteſt, vt nec ſol aëre obducto nubibus.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sidera lumen.
Si mare voluens
Turbidus Auſter
Miſceat æſtum,
Vitrea dudum,
Parq́; ſerenis
Vnda diebus,
Mox reſoluto
Sordida cœno
Viſibus obſtat.
Quiq́; vagatur
Montibus altis
Defluus amnis,
Sæpe reſiſtit,
Rupe ſoluti
Obijce ſaxi.
Tu quoque ſi vis
Lumine claro
Cernere verum;
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq́; fugato,
Nec dolor adſit.
Nubila mens eſt,
Victaq́; frenis,
Hæc vbi regnant.

Boëth. lib. 2. Metr. 7.

VESTIS.

Veſtis artificioſè contextæ, cum aliis telis præclaris.

Collectæ tereti nodantur Iaſpide veſtes.
Pectinis ingenio nunquam felicior arti
Contigit euentus; nulli ſic conſona telæ
Fila, nec in tantum veri duxere figuram.

Claud lib. 2. de Rapt. v. 40.

Vestis textæ, cum telis Orientalibus.

Auson. Epig 36. *Laudet Achæmenias Orientis gloria telas;*
Molle aurum pallis Græcia texe tuis:
Non minùs Ausoniam celebret dum fama Sabinam.
Parcentem magnis sumptibus, arte parem.

VESTITVS PELLE.

Vestiti leonis pelle, cum Hercule.

——— tergo videt huius inanem
Stat. lib. 1 Theb. v. 75. *Impexis vtrimque iubis horrere leonem,*
Illius in speciem, per quem Theumesia tempe
Amphitryoniades fractum iuuenilibus armis
Ante (leonei vestitur prœlia monstri.

VIA LACTEA.

Viæ lacteæ, cum via in campo, in mari cum Iride &c.

Manil. lib. 1. *Namque in cæruleo candens nitet orbita mundo,*
Ceu missura diem subitò, cælumq; recludens.
Ac veluti virides discernit semita campos,
Quam terit assiduo renouans iter orbita tractu,
Inter diuisas a callibus est via partes,
Vt freta canescunt sulcum ducente carina,
Accipiuntq; viam fluctus spumantibus vndis,
Quam tortus verso mouit de gurgite vortex:
Candidus in nigro lucet sic limes Olympo

Carn-

Caeruleum findens ingenti lumine mundum.
Vtq; suos arcus per nubila circinat Iris,
Sic super incumbit signato culmine limes
Candidus, & resupina facit mortalibus ora,
Dum noua per caecam rimantur lumina noctem,
Inquiruntq; sacras humano pectore causas:
Num se diductis conetur soluere moles
Segminibus, raraq; labent compage carinae,
Admittantq; nouum laxato pectore lumen.

VICTOR & VICTORIA.

Victoris ouantis, cum tauro post victoriam superbe incedente.

Nec minus in scopulos, crudiq; cacumina saxi Flacc.
Emicat Alcides, vinclisq; tenentibus aufert lib. 3.
Virgineas de rupe manus, aptatq; superbis
Arma humeris, regem inde petens superabat ouãte
Littora tuta gradu: qualis per pascua victor
Ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis
Taurus, vbi assueti pecoris stabula alta reuisit,
Et patrium nemus, & bello quos vltus amores.

Victoris redeuntis, cum Meleagro, &c.

Inde ostentator volitat, mirentur vt ipsum Auson.
Gedippa, Vrsinusq; suus, prolesq; Iouini, Epist. 5
Taurinusq; ipsum priscis heroibus aequans.
Qualis in Olenio victor Calydonius apro,
Aut Erymanthaeo pubes sua Attica monstro.

Victoris, cum Mario & Scipione.

Horat. lib. 3. Epod. Ode 9. *Io triumphe, tu moraris aureos*
Currus, & intactas boues!
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportasti Ducem,
Neque Africano, cui super Carthaginem
Virtus sepulcrum condidit.

Victoriæ Stiliconis, cum victoria Romanorum de Hannibale.

Prudēt. lib. Apotheos. *Vicimus; exsultare libet. quid tale repulso*
Pœnorum quondam duce contigit? ille petitus
Postquam pertulerat tremefacta repagula portæ,
Baianis resolutus aquis durissima luxu
Robora destituit, ferrumq́; libidine fregit:
At noster Stilico congressum comminus ipsa
Ex acie ferrata virum dare terga coëgit.
Hic Christus nobis Deus adfuit, & mera virtus:
Illic lasciuum, Campania fertilis, hostem
Deliciæ vicere tuæ. non Iuppiter acrem
Protexit Fabium, sed vicit amœna Tarentus,
Quæ dedit illecebris dominum calcare Tyrannum.

Victoriam crebrò reportantis in certaminibus hymnicis, cum Castore & Polluce.

Stat lib. 5. Sylu. 3 v. 139. *Inde frequens pugna, nulloq́; ingloria sacro*
Vox tua: non toties victorem Castora gyro,
Nec fratrem cæstu virides plausere Terapnæ.

VI-

VIDERE.

Videntis aliquem per vmbram, cum eo, qui primam lunam videre se putat.

Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido Virg. lib. 6. Æn. v. 450.
Errabat sylua in magna, quam Troius heros
Vt primùm iuxta stetit, agnouitq́ per vmbram
Obscuram, qualem primo quis surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.

VIGIL & VIGILARE.

Vigilantis indefessè, cum cygno natante.

——— quin contrà intentior ipse Silius lib. 14.
Inuigilat cautis, fronte imperterritus, armis,
Et struit arcana nec opina pericula cura.
Haud secus Eridani stagnis, ripáue Caystri
Innatat albus olor, pronoq́ immobile corpus
Dat fluuio, & pedibus tacitas eremigat vndas.

Vigilum in palatio stantium, cum arboribus.

Ingens excubitus diuina palatia seruans, Coripp. lib. 3.
Porticibus longis porta condensus ab ipsa
Murorum in morem læuam dextramq́ tegebat,
Scuta sub erectis coniungens aurea pilis.
Ense latus cincti, præstricti crura cothurnis
Adstabant celsi pariter, paritérque nitebant
Exstantes latis humeris, durisq́ lacertis.

Coni-

Conifera veluti sacra inter flumina quercus,
Per quas blanda fluens rauco sonat vnda susurro,
Condensam faciunt frondoso robore syluam,
Excluduntq́; diem ramis, intonsaq́; latè
Attollunt capita, & vertice sidera pulsant.

Vigilis excubantis, cum nauarcho.

——— illum areus vndique clamor,
Stat. lib. 8. Theb. v. 263. *Thebaniq́; vrunt sonitus, & amara lacessit*
Tibia; tum nimio voces marcore superbæ,
Incertæq́; faces, & tam malè peruigil ignis.
Sic vbi per fluctus vno ratis obruta somno
Conticuit, tantiq́; maris secura iuuentus
Mandauere animas, solus stat puppe magister
Peruigil, inscriptaq́; Deus qui nauigat alno.

VILIS.

Vilis libri, cum aliis rebus vilibus.

Stat. lib. 4. Sylu. 9. v. 10. *Tu rosum tineis, situq́; putrem,*
Quales aut Libycis madent oliuis,
Aut tus Niliacum, piperue seruant,
Aut Byzantiacos colunt lacertos; &c.
Emptum plus minus asse Caiano
Donas.

VINDICTA.

Vindictam parantis, cum Medea.

——— spem vitæ in limine clauso
Lucan. lib. 10. *Ponit, & incerto lustrat vagus atria cursu;*
Non sine rege tamen, quem ducit in omnia secum,

Sumptu-

Sumpturus pœnas, & grata piacula mortis,
Missurusq; tuum, si non sint tela, nec ignes,
In famulos Ptolomae caput. sic barbara Colchis
Creditur vltorem metuens regniq; fugaq;
Ense suo, fratrisq; simul ceruice parata
Exspectasse patrem.

Vindictam parantis, cum tauro pugnam meditante.

In tempus posita ad renouandum bella coquebat: Silius lib. 16.
Abdiuus vt sylua stabulis cum cessit ademptis
Amisso taurus regno gregis, auia clauso
Molitur saltu certamina; iamq; feroci
Mugitu nemora exterret, perq; ardua cursu
Saxa ruit, sternit syluas, rupésq; lacessit
Irato rapidus cornu. tremit omnis ab alto
Prospectans scopulo pastor noua bella parantem.

VINVM.

Vini veteris, cum alio eiusdem generis.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de Iuuenal. lib. 1. Sat. 5.
Setinis, cuius patriam titulúmq; senectus
Deleuit multa veteris fuligine testæ.
Quale coronati Thrasea Heluidiúsq; bibebant
Brutorum & Cassij natalibus.

VIR PRÆCLARVS.

Viri spectabilis, cum clypeo Martis.

Qualis Bistonij clypeus Mauortis in aruis

Stat. lib. 6. v. 653. *Luce mala: Pangæa ferit, solémq; refulgens*
Territat, incussáq; Dei graue mugit ab hasta.
Pictus Phlegyæ opus inchoat, & simul omnes
Abstulit in se oculos.

Viri præclari, cum Vlysse & Nestore.

Tibull lib. 4. ad Messalā. *Non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur*
Nestora, vel paruæ magnum decus vrbis Vlyssem.
Vixerit ille senex quamuis, dum terna per orbem
Sæcula fertilibus Titan decurreret horis;
Ille per ignotas audax errauerit vrbes,
Qua maris extremis tellus includitur vndis.

Viri præclari, cum Troilo, Achille, Paride, & Theseo.

Stat. lib. 2. Sylu. v. 556. *Optarent multùm Graiæ, cuperéntq; Latinæ*
Sic peperisse nurus. non talem Cressa superbum
Callida sollicito reuocauit Thesea filo;
Nec Paris Oebalios talis visurus amores
Rusticus inuisas deiecit in æquora pinus.
Vidi, & adhuc video, qualem nec bella cauentem
Littore virgineo Thetis occultauit Achillem;
Nec circum sæui fugientem mœnia Phœbi
Troilon Æmoniæ deprendit lancea dextra.
Qualis erat, procul heu, cunctis puerísq; virísq;
Pulchrior, & tantùm domino minor.

Viri præclari, cum aliis viris præstantibus.

Tanta tibi est recti reuerentia, Cæsar, & æqui, Mart. lib. 11. Epigr. 6.
Quanta Numæ fuerat. sed Numa pauper erat.
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Crassos viceris, esse Numam.
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres;
Elysium liceat si vacuare nemus:
Te volet inuictus pro libertate Camillus;
Aurum Fabricius, te tribuente, volet.
Te duce gaudebit Brutus; tibi Sylla cruentus
Imperium tradet, cùm positurus erit:
Et te priuato cum Cæsare Magnus amabit;
Donabit totas & tibi Crœsus opes.
Ipse quoque infernis reuocatus Ditis ab vmbris
Si Cato reddatur, Cæsarianus erit.

Virorum illustrium, cum Lucifero soli iuncto, & Baccho Ioui.

Quanti tunc iuuenes, quantæ sprœuere pudorem Claud. in Pan. de 2. Conf. Honor. v. 126.
Spectandi studio matres, puerisq́ue seueri
Certauere senes, cùm tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per vrbem,
Velaretq́ pios communis laurea currus!
Quis non Luciferum roseo cum sole videri
Credidit, aut iunctum Bromio radiare Tonantem?

VIRAGO.

Viraginum pugnantium, cum Amazonibus.

Virg. lib. 11. v. 655. *At circùm lectæ comites, Larinaq́; virgo,*
Tullaq́; & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides: quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisq; bonas belliq; ministras.
Quales Threiciæ cùm flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis;
Seu circùm Hippolyten, seu cùm se Martia curru
Penthesilea refert, magnóq; vlulante tumultu
Feminea exultant lunatis agmina peltis.

Viraginum cum Hercule.

Mart. in prælud. Epig. 5. *Belliger inuictis quod Mars tibi sæuit in armis,*
Non satis est, Cæsar: sæuit & ipsa Venus.
Prostratum Nemees & vasta in valle leonem
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat. nam post tua munera, Cæsar,
Hæc iam feminea vidimus acta manu.

Viraginis cum Amazonibus.

Propert. lib. 3. *Cùm pila veloces fallit per brachia iactus,*
Increpat & versi clauis adunca trochi;
Pulueruleutaq́; ad extremas stat femina metas,
Et patitur duro vulnera Pancratio.
Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris,

Missile

Missile nunc disci pondus in vrbe rotat.
Gyrum pulsat equis, niueum latus ense reuincit,
Virgineumq́; cano protegit ære caput.
Et modo Taygeti crines aspersa pruina
Sectatur patrios per iuga longa canes.
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoontæis turba lauatur aquis;
Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis:
Hic victor pugnis, ille futurus equis.

Viraginis, cum Marte & Bellona.

Diua ferox, magni decus ingeniumq́; parentis, Stat. 2. Theb. v. 716.
Bellipotens, cui torua genis horrore decoro
Cassis, & adsperso crudescit sanguine Gorgon;
Nec magis ardentes Mauors, hastataq́; pugnæ
Impulerit Bellona tubas, huic annue sacro.

VIRGO.

Virginum cum Amazonibus.

Tum pater ire iubet natas, comitesq́; pudicas Stat. lib. 2. Achil. v. 82.
Natarum, subeunt quales Mæotide ripa,
Cum Scythicas rapuere domos, & capta Getarum
Mœnia, suppositis epulantur Amazones armis.

Virginis cum flore.

Vt flos in septis secretus nascitur hortis, Catul. in Carm. Nupt.
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ:
Idem cum tenui carptus defloruit vngui,

 Nulli

Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ.
Sic virgo, dum intacta manet, tum chara suis: sed
Cùm castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.

Virginis, cum Pallade & Diana.

——— cùm protinus vtraque virgo
Stat. lib. 1. Theb. v. 533. *Arcano egressæ thalamo (mirabile visu)*
Pallados armisonæ, pharetrataq; ora Dianæ
Æqua ferunt, terrore minus.

VIRGVLTVM.

Virgulti aurei inter ramos fulgentes, cum visco.

Virg. lib. 6. v. 204. *Discolor vnde auri per ramos aura refulsit:*
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quòd non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos.
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice; sic leui crepitabat bractea vento.

VIRTVS.

Virtutis latentis, cum naui sine remige, &c.

Claud. de 4. Conf. Honor. v. 222. *Vile latens virtus. quid enim submersa tenebris*
Proderit? obscuro veluti sine remige puppis,
Aut lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.

Virtutis aduersis agitatæ, cum nauta fluctibus iactato.

——— nil fessa remisit
Officij virtus, contraq; minantia fata

Perui-

Peruigil, euentusq́ sibi latura secundos
Maior in aduersis micuit. velut arbiter alni,
Nubibus Ægæo quum turbine versus Orion,
Exiguo claui flexu declinat aquarum
Verbera; nunc recta nunc obliquante carina
Callidus, & pelagi cæliq́ obnititur iræ.

Claud. de laud. Stilic. v. 284.

Virtus corrupta reparari nequit, vt nec lana amissos colores recuperare.

——— neque amissos colores
Lana refert medicata fuco:
Nec vera virtus, cum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata densis
Cerua plagis erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus,
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitq́ mortem?

Horat. lib. 3. Ode 5.

Virtus non exercitata languescit, vt ventus, qui sine obstaculo diffunditur, &c.

Ventus vt amittit vires, nisi robore densæ
Occurrant syluæ, spatio diffusus inani;
Vtq́ perit magnus nullis obstantibus ignis:
Sic hostis mihi deesse nocet; damnumq́ putamus
Armorum, nisi, qui vinci potuere, rebellent.

Lucan. lib. 3.

VITA.

Vitæ tenuis cum vita diuitum.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro,

Tibull. lib. 1. Eleg. 1.

Et teneat culti iugera magna soli;
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent:
Me mea paupertas vita traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.

Vitæ fugacis, cum die, vere, quercu, &c.

———— transiet ætas,
Idem Eleg. 4. *Quàm citò non segnis it remeatq́ dies;*
Quam citò purpureos deperdit terra colores;
Quàm citò formosas populus alta comas;
Quàm iacet, infirma venêre vbi fata senecta,
Iam prior Eleo carcere missus equus.

Vitæ & mortis diuersorum inter se.

Ex Epigramm. veterū. *Almo, Theon, Thyrsis, orti sub monte Pelori,*
Semine dispari, Laurente, Lacone, Sabino.
Vste Sabina, Lacon sulco, sue cognite Laurens.
Thyrsis oues, vitulos Theon egerat, Almo capellas.
Almo puer, pubesq́ Theon, at Thyrsis ephebus.
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nysa Theontem.
Nysa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais.
Vt belli sonuere tubæ, violata peremit
Hippolyte Theutranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce;
Oebalon ense, Clonon iaculo, Theutranta sagitta.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Theutras.

Plus puero Theutras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Theutras.
Ephycli Theutras, Doryli Clonus, Oebalus Ida.
Argolicus Theutras, Mæsus Clonus, Oebalus Arcas.
Occumbunt fixi iaculo, mucrone, sagitta,
Ora, latus, iugulum, Scæua, Rufinus, Atis.
Brutus Atim perimit, Milo Scæuam, Cotta Rufinum.
Græcus Atis, Medus Scæua, Rufinus Arabs.
Iam vir Atis, sed Scæua puer, iuuenisq; Rufinus.
Dux Atis, armiger at Scæua, Rufinus eques.
Scæua nothus, generosus Atis, de plebe Rufinus.
Magnus eques, medius Dux, famulusq; minor.
Flauus Scæua, niger Atis, inter vtrumque Rufinus.
Blandus Atis, patiens Scæua, Rufinus atrox.
Absque modo largus, lasciuus, parcus, auarus
Laudis Atis, formæ Scæua, Rufinus opum.
Arcu Scæua bonus, Atis armis, iure Rufinus.

VITIS.

Vitium, quæ erant in Amphitheatro, cum iis, quæ in monte Gaurano, &c.

Inducant aliam spectacula vitea pompam, Auson. Edyll. 3.
Sollicitentq; vagos Baccheia munera visus,
Qua sublimis apex longo super ardua tractu
Et rupes, & aprica iugi, flexusq;, sinusq;
Vitibus assurgunt naturaliq; theatro.

Gauranum sic alma iugum vindemia vestit,
Et Rhodopen; proprioq; nitent Pangæa Lyæo.
Sic viret Ismarius super æquora Thracia collis;
Sic mea virentem pingunt vineta Garumnam.

VMBRA.

Vmbra viri magni, cum trunco superstite magnæ arbori.

——— stat magni nominis vmbra:
Lucan. lib. 1. v. 134. *Qualis frugifero quercus sublimis in agro*
Exuuias veteres populi, sacrataq; gestans
Dona ducum, nec iam validis radicibus hærens
Pondere fixa suo est, nudosq; per aëra ramos
Effundens trunco non frondibus efficit vmbram.

VOLARE.

Volantis cum sagitta.

Virg. lib. 12. *Illa volat, celeriq; ad terram turbine fertur:*
Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni,
Parthus, siue Cydon, telum immedicabile torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras.
Talis se sata nocte tulit, terrasq; petiuit.

Volantis teli, cum saxo tormento excusso, &c.

Idē ibidem, v. 919. *Cunctanti telum Æneas fatale coruscat,*
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt; nec fulmine tanti
Dissul-

Dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens.

Mercurij è cælo volantis, cum aue.

Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis Virg. lib. 4. Æn v. 252.
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit, aui similis, quæ circùm littora, circùm
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta,
Haud aliter terras inter cælumq; volabat,
Littus arenosum Libyæ, ventosq; secabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

Mercurii volantis, cum miluio.

Vt volucris visis rapidissima miluius extis, Ouid. lib. 2. Metam.
Dum timet, & densi circumstant sacra ministri,
Flectitur in gyrum, nec longiùs audet abire,
Spemq; suam motis auidus circumuolat alis:
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, & easdem circinat auras.

Volitantis pulueris ex ruinis, cum fumo.

Regna videt pauper Nasamon errantia vento, Lucan. lib. 9.
Discussasq; domos, volitantq; a culmine raptæ
Detecto Garamante casæ. non altiùs ignis
Rapta vehit, quantumq; licet consurgere fumo,
Et violare diem, tantum tenet aëra puluis.

Volantium animalium, cum imbre & sagittis.

Interea teneris tepefactus in ossibus humor

Virg. lib. 4. Georg. v. 313.

Æstuat, & visenda modis animalia miris.
Trunca pedum primò, mox & stridentia pinnis
Miscentur, tenuemq; magis magis aëra carpunt:
Donec, vt æstiuis effusus nubibus imber
Erupere; aut vt, neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt si quando prœlia Parthi.

Volantium Harpyiarum, cum nimbo turbine impulso.

Flacc. lib. 4.

——— *Harpyiæ semper mea pabula seruant,*
Fallere quas nusquam misero locus. ilicet omnes
Deueniunt, niger intorto ceu turbine nimbus;
Iamq; alis procul, & sonitu mihi nota Celeno
Diripiunt, verruntq; dapes, fœdataq; turbant
Pocula; sæuit odor, surgitq; miserrima pugna,
Parq; mihi monstrisque fames, spreuère quod omnes
Pollueruntq; manu, quódq; vnguibus excidit atris.

VOLVPTAS.

Voluptatem cæteris rebus præponentis, cum Gargilio & sociis Vlyssis.

Horat. lib. 1. Epist. 7.

Si benè qui cenat, benè viuit, lucet, eamus
Quò ducit gula, piscemur, venemur, vt olim
Gargilius, qui manè plagas, venabula, seruos
Differtum transire forum, populumq; iubebat,
Vnus vt è multis, populo spectante, referret
Emptum mulus aprum. crudi tumidiq; lauemur,
Quid deceat, quid non obliti, Cærite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei,

Cui

Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

VOLVTARI.

Volutati in luto, cum sue.

——— *postquam*

Decidit implicitus limo, cunctantia pronus Claud. lib. 2. in Eutr. v. 4.1.
Per vada reptabat. cœno subnixa tenaci
Mergitur, & pingui suspirat corpore moles,
More suis, dapibus quæ iam deuota futuris.
Turpè gemit, quoties Hosius mucrone corusco
Armatur, cingitq; sinus, secumq; volutat,
Quas figat verubus partes, quæ frusta calenti
Mandet aquæ, quantoq; cutem distendat echino.
Flagrat opus; crebro pulsatus perstrepit ictu.

VOMERE.

Vomentis aquas, cum monstro marino fluctus eructante.

Hæc dum stupentes querimur, en totum mare Senec. in Hip. v. 1022.
Immugit, omnes vndique scopuli adstrepunt.
Summum cacumen rorat expulso salo,
Spumat, vomitq; vicibus alternis aquas:
Qualis per alta vehitur Oceani freta
Fluctus refundens ore Physeter capax.

VORARE.

Vorantis cibos omnes, cum mari flumina omnia absorbente, &c.

Vtq; fretum recipit de tota flumina terra, Ouid. lib. 8. Metam.
Nec satiatur aquis, peregrinosq; ebibit amnes:
Vtq; rapax ignis non vnquam alimenta recusat,
Innu-

Innumerasq́; faces cremat; & quo copia maior
Est data, plura cupit, turbaq́; voracior ipsa est:
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
Accipiunt poscuntq́; simul. cibus omnis in illis
Causa cibi est.

VOX.

Vocis ingratæ, cum voce galli gallinacei.

Iuuenal. Sat 3. lib. 1. *Miratur vocem angustam, qua deteriùs nec*
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.

Vocis suauis, cum cycni & fidium cantu.

Stat. lib. 5. Theb. v. 340. *Ast vbi suspensis siluerunt æquora tonsis,*
Mitior & senibus cycnus, & pectine Phœbi,
Vox media de puppe venit.

Vocis abruptæ, cum voce somniantium.

Idem, v. 541. *Cum tamen attonito moriens vagitus in auras*
Excidit, & ruptis immutuit ore querelis,
Qualia non totas peragunt insomnia voces.

Vocis multiplicatæ, cum igne scintillante.

Lucret. lib. 4. *Præterea parteis in cunctas diuiditur vox,*
Ex aliis aliæ quoniam gignuntur; vbi iam
Dissiluit semel in multas exorta, quasi ignis
Sæpe solet scintilla suos se spargere in igneis.

VRGERE.

Vrgentis tauros, cum Lapitha.

Val. Fla. lib. 7. *Vtq́; dedit vinclis, validoq́; obstrinxit aratro,*
Suscitat ipse genu, sæuaq́; agit insuper hasta.

Non

Non aliter medio quam si telluris hiatu
Terga recentis equi, primumq; inuasit habenis
Murmur, & in summa Lapithes apparuit Ossa.

VVLNVS.

Vulnus immedicabile habentis, cum liliis à stirpe reuulsis.

Nil prosunt artes; erat immedicabile vulnus. Ouid. lib. 10. Metam.
Vt si quis violas, riguóq; papauera in horto,
Liliáq; infringat fuluis hærentia virgis.

VXOR.

Vxoris inæqualis, cum inæqualibus in eodem aratro.

Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci, Ouid. Epist. 9.
Tam premitur magno coniuge nupta minor.

Vxoris sedulæ cum vxore rustici.

Ipsa dapes modicas, & sobria pocula tradit, Stat. lib. 5. Sylu. 1. v. 121.
Exemplúmq; ad herile monet. velut Appula cõiux
Agricolæ parci, vel sole infecta Sabino,
Quæ videt emeriti iam prospectantibus astris
Tempus adesse viri, properè mensasq; toróśq;
Instruit, exspectátq; sonum redeuntis aratri.

Vxoris castæ, cum Penelope.

Nam quocunque die sanum te fata remittent, Propert. lib. 3.
Pendebit collo Galla pudica tuo.
Posthumus alter erit miranda coniuge Vlysses;
Non illi longæ tot nocuere moræ.

Castra

Castra decem annorum, & Ciconum mons, Ismara, Calpe,
Exustaq; tua mox Polypheme gena;
Et Circæ fraudes, lotósq;, herbaq; tenaces,
Scylláq;, & alternas scissa Charybdis aquas.
Lampeties Ithacis verubus mugisse iuuencos
(Pauerat hos Phœbo filia Lampetie)
Et thalamum Aeææ flentis fugisse puellæ,
Tótq; hiemis noctes, tótq; natasse dies;
Nigrantésq; domos animarum intrasse silentum;
Sirenum surdo remige adisse lacus;
Et veteres arcus leto renouasse procorum,
Erroríśq; sui sic statuisse modum.
Nec frustra; quia casta domi persederat vxor.
Vincit Penelopes Lælia Galla fidem.

Vxoris sedulæ, cum rustica Sabina, aut Appula.

Horat. lib. Epo, Ode 2.
Quòd si pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulces liberos,
(Sabina qualis, aut perusta solibus
Pernicis vxor Appuli)
Sacrum vetustis exstruat lignis focum,
Lassi sub aduentum viri.

Vxoris dilectæ & fidæ, cum aliis mulieribus ab aliis amatis.

Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 5.
Nec tantùm Clario Lyde dilecta Poëtæ,
Nec tantùm Coo Battis amata suo est:
Pectoribus quantùm tu nostris vxor inhæres,

Digna

Digna minùs misero non meliore viro.

Vxorem etiam cum discrimine desiderantis, cum Hippomene & Hercule.

Vt tulit Hippomenes Schœneida, præmia cursus; Ouid. Epist.15.
Venit vt in Phrygios Hippodameia sinus;
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit,
Dum vult coniugium Deianira tuum:
Nostra per has leges audacia fortiter isset,
Téq; mei scires esse laboris opus.

Vxoris fidæ, cum Euadne & Alcesti.

Arserit Euadne flammis iniecta mariti, Mart. lib. 4. Epig.75.
Nec minùs Alcestim fama sub astra ferat:
Tu meliùs certè meruisti pignore vitæ,
Vt tibi non esset morte probandus amor.

Vxoris fidæ cum Helena.

Tempora Pieria solitus redimire corona, Mart. lib. 12. Epig.52.
Nec minùs attonitis vox celebrata reis:
Hic situs est, hic ille tuus, Sempronia, Rufus,
Cuius & ipse tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elysio narraris fabula campo,
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior, quæ deserto raptore redisti:
Illa virum voluit nec repetita sequi.

Vxoris

Vxoris fidæ & amantis coniugem, cum Andromache, Laodamia, Penelope.

Ouid. lib. 1. Eleg. 5.

Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,
Aut comes exstincto Laodamia viro.
Tu si Maeonium vatem sortita fuisses,
Penelopes esset fama secunda tua.

FINIS.

APPROBATIO.

HAS *Veterum Poëtarum Comparationes*, magno commodo studiosæ iuuentutis in lucem emitti posse iudicaui. Actum Antuerp. in Seminario Episcopali, 20. Martij, *1609.*

LAVR. BEYERLYNCK
S. Theol. Licent. Eccl. Antuerp. Canonicus, & librorum Censor.